2/6

al

Rec. Jenaische Littz. No: 168. 1811. — gut —
mehreres abgeschr. daraus S. in mein Schediasma gram.
f. l. D.

Ueber diese Schr. erhebt sich d. klassische De vera natura et indole orationis Graecae N. T. commentat. 1810. Göttingen von M. Heur. Planck. Progr. b. d. Antr. d. Extraord. Prof. d. Theol.

FRID. GVIL. STVRZII

DE

DIALECTO MACEDONICA

ET

ALEXANDRINA

LIBER.



LIPSIAE
APVD IO. AVG. GLO. WEIGEL.
MDCCCVIII.

PRAEFATIO.

De dialecto Alexandrina scripturo video mihi nonnulla praemittenda esse de consilio meo atque instituto. Fortassis enim, vt fit, non deerunt, qui temere susceptam hanc operam neque vllius vtilitatis esse conuicientur [1]). Quales criminationes vt repellam, nihil aliud mihi afferendum puto, nisi viros multos praeclaros et insigniter doctos, e quibus vel vnum *Iohannem Albertum Fabricium* [2]) laudasse sufficiet, iam dudum optasse, vt aliquando vir harum rerum peritus vestigia illius dialecti paulo diligentius, quam adhuc factum es-

1) Ita quidem scripseram olim. Sed fortasse rectius verba ista vel deleuissem, vel mitigassem. Vidi enim, operam meam valde probatam fuisse viris eruditis, vt *Villoisono* in troisième lettre sur l'inscription Grecque de Rosette — et sur le dialecte Macédonien, quae extat in *Millini* Magasin encyclopédique No. 7. an XI. p. 330. 361. et saepius, item libelli mei censoribus in ephemeridibus Lips. 1786. p. 1402. Goetting. 1786. Vol. II. p. 1165. Ien. 1786. p. 411. *Allg. Lit. Zeit.* 1786. Vol. III. p. 551. et 1788. Vol. III. p. 295. item 1791. p. 450. vbi tamen libellus meus perperam dicitur esse *Ilgenii,* viri doctissimi et mihi amicissimi.

2) in notis ad *Sext. Empir.* p. 261.

set, persequeretur. Quae enim *Iohannes Croius* 3), *Humphredus Hodius* 4), *Ioh. Conradus Schwartzius* 5), *Michael Maittaire* 6), *Ioh. Iacobus Breitingerus* 7), *Ioh. Dauides Michaelis* 8), *Ioh. Fri-*

3) in obseruationibus sacris et historicis in Nouum Foedus (Geneuae 1645. 4.) inprimis c. 33.

4) in opere de bibliorum textibus originalibus, versionibus Graecis, et Latina vulgata, Oxon. 1705. fol. Cf. *I. S. S.* observatio ad Humfrey Hodii lib. 2. de versionibus; quae extat in (*Conr. Ikenii*) Symbolis literariis, T. II. Bremae 1745. 8. p. 152—169.

5) in obseruationib. de stylo LXX interpretum, insertis *Ioh. Olearii* de stylo N. T. libello, quem *Ioh. Conr. Schwartzius* denuo edidit Coburgi 1721. 8. p. 294—345. quae tamen obseruationes multa continent, quae parum aut nihil faciunt ad rem nostram. Earum enim auctor hoc agit, vt orationem Alexandrinorum interpretum ob discrepantiam cum Attica dialecto non reprehendendam esse ostendat.

6) in opere de Graecae linguae dialectis. Cuius libri vtilitatem eum ob raritatem exemplorum pauci cognoscere ac sentire ipsi possent, denuo eum, auctum quidem et emendatum, emisi Lond. et Lips. 1807. 8.

7) in praefatione ad editionem V. T. ex versione LXX interpretum T. II. Tiguri 1731. 4. cap. 1. §. 40—44. (quae tamen prolegomena sunt *Lei* potius, quam ipsius *Breitingeri*) maximeque in epistola de antiquissimo Turicensis bibliothecae Graeco Psalmorum libro, Turici 1748. 4. Neque negligenda sunt, quae contra monuit *Ioh. Salom. Semlerus* in obseruatione critica de dialecto Alexandrina, quam inserendam curauit Miscellaneis Lips. nouis, Vol. VIII. p. 40—58. Cf. *Car. Godofr. Woidii* notitia codicis Alexandrini, a *Spohnio* edita Lips. 1788. 8. p. 29—33.

8) *Einleitung in die göttl. Schriften des neuen Bundes*, T. I. edit. 3. Goetting. 1777. 4. p. 144. sqq.

-dericus *Fischerus* 9), aliique 10) habent, ea nullo modo sufficere quiuis intelligit. Quod vt magis pateat, vtque a quolibet, quam prudenter in talibus iudicandis versandum sit, cognoscatur, et, quam lubricam viam nos ingressi simus, perspiciatur, non alienum a ratione mea videtur, e libro *Croii*, praesertim cum iam rarescere coeperit, eumque etiam *Hodius* 11) eum secutus reperiatur, exempli loco ponere, quae ille de nominibus ἐξηγηταὶ, σοφοὶ et σοφισταὶ disseruit. Haec enim cum in versione Alexandrina 12) de *vatibus* et *magis* legi constaret, e dialecto Alexandrina deriuare hanc eorum potestatem non dubitauit. Mihi vero non soli Alexandrini videbantur ita vsi esse illis vocabulis. Nam ἐξήγησις, auctore *Schol. Sophocl.* ad Electr. 423, est διασάφησις θείων, et ipsi ἐξηγηταὶ a *Polluce* 7, 188. diserte in hominum futura praedicentium nu-

9) in prolus. XXX. et XXXI. de vitiis lexicorum N. T.

10) vt Ill. *Eichhornius* in libro, qui inscribitur *Einleitung ins alte Testament*, vbi T. I. (Lips. 1803. 8.) p. 346. sq. pleraque exempla dialecti Alexandrinae et Aegyptiae ab *Hodio* proposita retulit. Et auctores libri, cui titulus est *Biblische Encyclopädie*, Vol. I. Gothae 1793. 4. p. 74—76. qui fere exemplis, quae *Michaelis* attulerat, vsi sunt.

11) 2, 4. p. 121. operis paulo ante laudati.

12) v. c. Gen. 41, 8. ἐξηγητὰς Αἰγύπτου, καὶ πάντας τοὺς σοφοὺς αὐτῆς. vbi Cod. Ox. pro ἐξηγητὰς habet σοφιστὰς, *Symmachus* μάγους. Exod. 7, 11. τοὺς σοφιστὰς Αἰγύπτου, καὶ τοὺς φαρμακοὺς.

mero referuntur, atque ab eodem 8, 124. dicuntur sic appellati fuisse οἱ τὰ περὶ τῶν διοσημείων καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἱερῶν διδάσκοντες. Qui vocabuli vsus confirmari etiam potest optimorum scriptorum locis. Sic ab *Herodoto* 1, 78. Croesus narratur θεοπρόπους misisse ἐς τοὺς ἐξηγητέας Τελμισσέων, eosque iussisse consulere de prodigii cuiusdam significatu. Apud *Theophrastum* (charact. 16, 2.) homo superstitiosus, si forte mus perroserit saccum farinarium, adire legitur πρὸς τὸν ἐξηγητήν. *Xenophonte* (Cyrop. 8, 3, 11.) auctore, sacra facta sunt, ὡς ἐξηγήσαντο οἱ μάγοι. *Plutarchus* (de Is. et Osir. c. 28.) Timotheum, quem ex Eumolpidarum familia fuisse aliunde constat, appellat ἐξηγητήν. Et in vita Numae c. 9. ὁ μέγιστος, inquit, τῶν Ποντιφίκων οἷον ἐξηγητοῦ καὶ προφήτου, μᾶλλον δὲ ἱεροφάντου τάξιν ἐπέχει. Omnium minime praetermittendi sunt ii loci, in quibus nomina μάντις et ἐξηγητὴς iunguntur tanquam paene idem significantia, vt *Platonis:* (ineunte libro 8. de legib.) ἐξηγηταὶ καὶ ἱερεῖς, ἱέρειαί τε, καὶ μάντεις. Et *Aristidis* (Panath. T. I. p. 196. ed. *Iebb.*) διὰ τοῦ κοινοῦ μάντεως καὶ ἐξηγητοῦ [13]). *Schol. Aristoph.* ad nubb. 331. Λάμπων ὁ μάντις, ὃν ἐξηγητὴν ἐκάλουν [14]).

13) Sic in eadem *Aristidis* oratione p. 135. Themistocles τὰ μέλλοντα ὥσπερ μάντις ἐξηγεῖτο.

14) v. quos de hoc nominis ἐξηγητὴς et verbi ἐξηγεῖσθαι

Apud Aegyptios vero, atque adeo Alexandrinos, ἐξηγητὴς erat magistratus πορφύραν ἀμπεχόμενος, καὶ ἔχων πατρίους τιμὰς, καὶ ἐπιμέλειαν τῶν τῇ πόλει χρησίμων, auctore *Strabone* *). Neque magis ostendi posse arbitrabar, eum, quem indicauimus, vocabulorum σοφοὶ et σοφισταὶ vsum, solis aut maxime Alexandrinis fuisse proprium. Certe, vt alios mittam, cum Aegeus apud *Euripidem* (Med. 683. 685.) hoc itineris sui consilium esse ostendisset, vt Pittheum de oraculi ab Apolline sibi dati sententia consuleret, Medea consilium istud probat his verbis (v. 686.): σοφὸς γὰρ ἀνὴρ, καὶ τρίβων τὰ τοιάδε. Et *Herodotus* 2, 49. Melampodem dicit fuisse ἄνδρα σοφὸν, μαντικήν τε ἑωϋτῷ συστῆσαι, quem postea secuti sint alii σοφισταί. Itaque ἐξηγηταὶ, σοφοὶ, σοφισταὶ et μάντεις, habent, etiam apud alios scriptores, notionem fere eandem, ita quidem, vt σοφοὶ et σοφισταὶ sint nomina generis, μάντεις et ἐξηγηταὶ speciei, quorum tamen illud latius pateat, hoc angustius.

Iam quanquam ego neque tam sum inuidus, vt de meritis aliorum et fama detrahere vllo modo studeam, neque tam arrogans, vt me solum sa-

vsu laudauit *Fischerus* in indice Theophrasteo, et in nota 17 ad *Platon.* Euthyphr. c. 4. Add. *Cuper.* in apotheosi Homeri p. 276 — 278.

*) 17, p. 797. C. ed. *Casaub.*

pere aut satis idoneum esse ad recte pertractandum hoc de Alexandrina dialecto argumentum existimem, neque inanis cuiusdam gloriolae, cui iustum pretium statuere dudum didici, adeo cupidus, vt rem, quae difficilis et operosa non minus quam incerta et exigui pretii videatur, agere facile ac libenter velim: tamen honestis multorum virorum doctrina excellentium precibus, vt, quae olim de dialecto illa scripsissem, denuo ederem, augerem, vbi opus esset, et emendarem, tandem cedendum putaui, nullum laborem, quo illorum voluntati satis fieret, subterfugere certus, atque impense laetaturus, si iudices aequi atque idonei, qui in rebus arduis etiam conari pulcrum esse sciant, me saltem hominem industrium, nec plane indiligentem, aut omnino in hoc rerum genere coecum et hebetem, existimauerint. Nam de ipsius mei laboris vtilitate non est quod multa dicantur, quippe quam vel ex eo patere cuique arbitror, quod multum inde iuuari eorum studia possint, qui vel alios scriptores, quorum aetas incidit in tempora Ptolemaeorum et sequentia, inprimis Alexandrinos, vel versionem veteris testamenti Alexandrinam, et libros apocryphos ac noui testamenti, aut emendare aut explicare et recte intelligere velint. Illud tamen commemorabo, conferre aliquid hunc libellum posse ad confirmandam *Fr. Andr. Strothii* [15]) sententiam,

15) in *Versuch eines Verzeichnisses der Handschriften der*

qua codicem versionis Alexandrinae Vaticanum dignum esse ostendebat, qui denuo, et diligentissime quidem, cum editionibus, quae ex eo fluxerunt, a viro quodam docto compararetur, cum quia primi editores multas eius lectiones, quas quidem, vtpote obscuras nec faciles intellectu, pro deprauatis haberent, temere mutauerint, vel plane reiecerint, tum quia certum esset, saltem de multis illius versionis libris, in illo codice multo saepius, quam in reliquis, qui quidem innotuerunt, omnibus, genuina et vera interpretum verba reperiri. Quam quidem sententiam ita veram putamus, vt hoc in genere vix aliquid dici posse videatur certius. Cum enim in conficiendo hoc libello praecepta veterum grammaticorum contulissemus cum locis versionis illius graecae non paucis, raro vidimus Alexandrinum codicem (nam de hoc potissimum nunc agimus, quia de eo maxime mirum videri possit) exhibere vocabula, quae ex illorum sententia habenda essent pro Alexandrinis. Vt verbis fidem facerem, adieci nonnulla exempla 16), e qui-

LXX, (cuius particula I inserta extat in *Repertor. für bibl. u. morgenl. Litteratur* T. V. 1779. p. 94—134.) p. 105. sq.

16) Sic Deut. 11, 7. in cod. Alex. est ἑώρων. Ies. 5, 29. παρεστήκασι. Exod. 18, 26. ἔκρινον. 33, 8. κατενόουν. Iob. 1, 4. ἐποίουν. Ezech. 22, 12. ἐλάμβανον. Exod. 15, 27. ἦλθον. Deut. 1, 25. ἔλαβον. 7, 19. ἴδον. Ios. 3, 14. ἦραν. Iob. 5, 14. ψηλαφήσιαν. 18, 7. θηρεύσιαν. 21, 20. ἴδοιεν. 2 Reg. 10, 14. εἶδον. 17, 20. εὗρον.

bus apparet, codicem Alexandrinum per librarios vel grammaticos male sedulos et Alexandrinae dialecti naturam ignorantes, neque tamen semper diligentes satis ac sibi constantes [17]), turpiter fuisse interpolatum. Sed de his nunc quidem haec.

Pauca supersunt, quorum puto mihi rationem esse reddendam. Scilicet prioribus paragraphis, quas propter multiplicem vtilitatem nec ab hac noua editione abesse volui, repetii nonnulla, quae iam ab aliis, multo me doctioribus, bene dicta fuisse non ignorabam, sed id mihi videor ita fecisse, vt nihil ex iis afferrem, quod non instituti mei ratio exigeret, vtque suis quaeque auctoribus bona fide referrem accepta. Neminem enim facile magis quam me, offendit illorum hominum ratio, qui millies iam coctam cramben rursus recoquunt, et ad fastidium vsque lectoribus, non apponunt, sed infarciunt. Deinde non pauca fateor esse meo libello cum *Maittairii* libro communia, nec tamen saepe, immo rarissime, locos indicaui, vbi vir ille doctissimus iam eadem, quae ego, attigerit: quae quidem ratio ne vitio mihi vertatur, audias quaeso, Lector, ac perpendas eius rei causam. Comparans enim,

Ps. 131, 15. χήρα pro θήρα. Gen. 35, 19. omissum est vocabulum ἱπποδρόμου, et sic porro.

17) Cernitur enim in his magna inconstantia. Sic Ps. 34, 25. cod. Alex. habet εἴποισαν, Vatic. εἶποιεν. Eodem modo 2 Reg. 10, 14. in cod. Al. est εἰσῆλθαν, et 17, 20. ἦλθαν.

quae ex mea ipsius lectione in schedis notata habebam, cum iis quae Maittairiano operi, de hac quidem dialecto, passim inesse reperiuntur, nihil fere adnotatu dignum, quod ibi extaret, me praetermisisse deprehendi, praeter *Schotti* locum de duplici dialecto Dorica, quo tamen et ipso libellum meum recte carere potuisse intelliges ex iis, quae infra diximus §. 8. not. 2. Quare quae iure mea essent, ea non intelligebam cur tanquam ab alio accepta commemorarem, praesertim cum illud ostentationis doctrinae genus, quod inest in cumulandis, qui eadem de re iam monuerint, scriptoribus, mihi sit maxime odiosum, et sic non parum libelli moles aucta fuisset. Conferat, cui volupe est, meum libellum cum opere laudato, et videbit, me plurima attulisse, quae vir ille diligentissimus, vel consulto, vel male fida memoria vsus, omisit, et quae ne ego quidem in nupera eius editione addere omnia potui. Ipse quoque pauciora huius generis ibi addidissem, si iam tum, cum librum Maittairii in vsum publicum recognoscerem, de noua huius mei libelli editione serio cogitassem. In illo enim opere desiderium quorundam exemplorum, quae ab hoc meo abesse non debent, lectores facile tulissent.

ARGVMENTVM.

§. 1.

Cum non solum oratio Graecae librorum V. T. versionis, quae vulgo septuagintauiralis, rectius Alexandrina, dicitur [1]), egregie differre inueniatur ab ea orationis forma, quae conspicitur in reliquorum Graecorum scriptorum, maxime Atticorum, monumentis, verum etiam *causae* huius *diuersitatis* repeti recte videantur ex *interpretum* et *ingenio* et *consilio* et *aetate*, e *loco* item, vbi vixerunt, et ex *occasione*, per quam eos laborem suscepisse

1) Neque enim curo, quae ex *Aristobulo* (apud *Clement. Alexandr.* stromm. 1, p. 342. B. ed. Paris. 1641. siue Colon. 1688. fol. et *Euseb.* praepar. Euangel. 13, 12. p. 663. sq. ed. Paris. 1628. siue Colon. 1688. fol.) tradere nonnulli solent de versione librorum V. T. diu ante Alexandrum M. ab aliis interpretibus facta, et a Pythagora, Platone aliisque Graecis lecta. v. qui laudantur in Fabricii bibliothec. Graec. Vol. III. p. 659. ed. *Harles.* et quibus addenda est *Valckenaerii* diatriba de Aristobulo Iudaeo, philosopho Peripatetico Alexandrino, ab *Ioh. Luzacio* edita Lugd. Bat. 1806. 4. Huic enim adiuncta est commentatio *Pet. Wesselingii*, in qua p. 131—134. agit *de versione Graeca V. T. nulla ante LXX.* Nec mihi res est cum versionibus *Aquilae*, aut *Symmachi*, aut *Theodotionis*, aut aliorum recentioris aetatis diuinorum V. T. librorum interpretum, qualis est *Noua versio Graeca Prouerbiorum*, *Ecclesiastis etc. ex vnico codice Veneto a Villoisono edita* Argent. 1784. 8. et *Noua versio Graeca Pentateuchi*, *ex vnico codice Veneto a Chph. Frid. Ammonio edita* Erlang. 1790. 1791. 8. 3 voll. verum, vt supra dixi, cum ea sola, quae vulgo vocatur τῶν ἑβδομήκοντα, non exclusis tamen iis, quos apocryphos nominant, libris.

verisimile est: quorum omnium non eandem in hac versione rationem esse posse, quam in libris aliis ac primitus Graece scriptis, nemo non intelligit: non essent quidem haec indigna, de quibus paulo disputaretur vberius, atque, si vellem, quae iam alii de iis tradiderunt, repetere, multa sane, neque ea contemnenda, possem afferre. Quoniam vero sic et fines opusculi angustiores futuri essent, quam qui caperent illam disputationem, et ego superflua magis dixisse iudicari recte possem a viris eruditis, quam quibus me gratiam ab iis aliquam initurum esse sperarem: breuiter tantum, quae ad institutum nostrum praecipue pertinere videantur, statim ab initio ponam, ne, si quando opus sit illustratione quadam ex ipsa versionis historia, filum orationis medium interrumpere cogar.

Et de *tempore* quidem, quo facta fuerit illa versio, nihil amplius definire potuere viri hoc in genere versatissimi, quam verti coeptum esse illo tempore, quo vna cum patre Ptolemaeo Lagida regnauit in Aegypto filius Philadelphus 2), quodque vel, vt *Vsserius* putabat 3), in Olymp. CXXIII, vlt. et CXXIV, 1. vel, quae erat *Hodii* 4) sententia, in Olymp. CXXIII, 3. et 4. incidit. Tum vero non nisi Pentateuchum translatum fuisse, cuius versionem posterioribus demum temporibus pau-

2) *Clemens Alexandr.* stromm. 1, p. 341. C. D. ἑρμηνευθῆναι, inquit, τὰς γραφὰς, τάς τε τοῦ νόμου, καὶ τὰς προφητικὰς, ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶττάν φασιν ἐπὶ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ Λάγου· ἤ, ὥς τινες, ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου ἐπικληθέντος.

3) Annall. P. I. p. 469. ed. Lond. 1650. fol. Alias aliorum sententias reperias ap. *Fabricium* l. l. p. 672. in Prolegomenis Breitingerianae huius versionis editioni praemissis T. II. c. 1. §. 12. sqq. in *Chr. Ern. Meerheimii* commentatione de LXX interpretum Graeca versione, Lips. 1754. 8. §. 7 p. 47—54. vt multos alios taceam.

4) in opere, quod in praefatione laudauimus, 2, 2. p. 91.

latim secutae sint reliquorum librorum diuinorum versiones, vtpote quas non ab vno, [5]) sed a diuersis auctoribus profectas esse constet, intelligi facile potest, non solum ex iis, quae *Hodius* [6]) de ipsarum versionum indolis ac styli diuersitate congessit, verum etiam ex *occasione*, qua impulsi interpretes vertendi consilium videantur cepisse: quam quidem ego cum eodem viro docto putabam fuisse fere hanc.

Cum enim et Alexander Macedo magnam Iudaeorum coloniam in Aegyptum, nominatim Alexandriam, deduxisset, pari cum ipsis Macedonibus iure iis concesso [7]), et biennio post Alexandri mortem [8]) ingens Iudaeorum multitudo ob seditionem in Syria motam fuisset in Aegyptum et Phoenicen translata, et post nouem dehinc annos alia Iudaeorum turba, vel terrae fertilitate, vel Ptolemaei liberalitate inuitata, sponte se in Aegyptum contulisset: hos Iudaeos probabile est, lingua sua, vt fit [9]), fere neglecta, didicisse linguam Graecam, neque adeo legere omnes et intelligere potuisse libros suos sacros, Hebraice scriptos. Hanc igitur

5) quae erat sententia *Zosimi*, philosophi Alexandrini, in Codice MS. chartaceo, qui est in bibliotheca Gothana. v. *Cyprian.* catalog. codd. MSS. illius bibliothecae p. 94.

6) l. l. 2, 7—9. p. 159. sqq.

7) v. *Ioseph.* archaeol. 14, 7, 2. ed. *Hauercamp.* vbi laudat e *Strabone* locum, qui nunc in eius geographicis non extat. it. 12, 1. it. de bell. Iud. 2, 18, 7. et contr. Apion. 2, 4.

8) de qua tempora computandi ratione v. *Hody* l. l. 1, 11. p. 59.

9) Sic satis nota est narratio de Atticis, qui a Solone Solos in Cilicia (vel, vt alii volunt, in Cypro) coloni missi, linguae vernaculae elegantiam per contagionem finitimorum barbarorum paulatim reliquerint, variisque vitiis inquinauerint. v. praeter alios *Eustath.* ad *Dionys. Perieg.* 875. Cf. *Schwartz* l. l. p. 327. Notandum etiam est, quod *Plutarchus* in Anton. c. 27. refert, reges Aegypti, qui ante Cleopatram fuerint, (nempe Ptolemaeos) οὐδὲ τὴν Αἰγυπτίων ἀνασχέσθαι περιλαβεῖν διάλεκτον, et nonnullos eorum adeo τὸ Μακεδονίζειν ἐκλιπεῖν.

ob causam, et in gratiam popularium [10]), non, vt vulgo narrant *Pseudo-Aristeae* [11]) sequaces, Ptolemaei [12]) et synedrii Hierosolymitani auctoritate, Iudaei nonnulli in Aegypto degentes [13]), vel rogati ab iis, quibus iam familiarior esse coepisset lingua Graeca, quam Hebraica, vel sua pietate commoti, transtulerunt primo Pentateuchum, cuius tamen versio ab vno auctore videtur profecta esse, deinde

10) v. *Hody* 2, 3. p. 98. sqq. cf. *Salmas.* fun. linguae hellenist. p. 188. sqq. qui quanquam videri possit *Hodii* sententiam, quae eadem mea est, infringere, tamen re ipsa egregie confirmat.

11) cuius fabulosam de septuaginta interpretibus historiam multis refutarunt *Hodius* et *van Dale*, quorum ille quidem 1684. 8. dissertationem edidit contra historiam Aristeanam, ac deinde paululum mutatam repetendam curauit in opere saepius iam laudato, cuius nunc librum I. constituit, p. 1—89. Sed *van Dalii* dissertatio super Aristea de LXX. interpretibus prodiit Amst. 1705. 4. Vterque ipsa *Aristeae* verba Graeca addidit. De aliis huius narrationis editionibus v. *Fabric.* l. l. p. 661. sqq.

12) Et Lagidam quidem intelligunt *Ionsius* de scriptorib. historiae philos. 1, 18, 3. p. 116. sq. aliique, sed Philadelphum *Ioh. Alb. Fabricius.* v. eius Σύμμικτα περὶ τῶν ό, siue de numero septuagenario, p. 127. sq. in Opusculorum historico-critico-literariorum sylloge, Hamb. 1738. 4. Fortasse tamen aliquam concedere liceat regis aeque ac synedrii, si non Hierosolymitani, at Alexandrini, auctoritatem accessisse: illius quidem, quatenus exemplum Pentateuchi Graece conuersi cupiuerit in bibliotheca sua reponi, (cf. *Plutarch.* apophthegmm. regum T. VIII. ed. *Hutten.* p. 124.) qua cupiditate doctus aliquis Iudaeus, qui genti suae ac religioni optime sic consultum iri putaret, prudenter vsus sit; synedrii vero, quatenus eam, antequam regi traderetur, perlustrauerit et comprobarit.

13) v. *Hod.* 2, 4. p. 112. sqq. Scilicet nonnulli, inquam, non LXX aut LXXII. Magnam enim, vt aliarum gentium, ita maxime Iudaeorum, circa hunc numerum superstitionem fuisse, satis demonstrarunt viri docti, vt *Fabricius* in libello modo laudato, quanquam ipse quidem p. 128. sq. non discedit a vulgari traditione, et *Fr. Gedike* in Gesch. des Glaubens an die Heiligkeit der Zahl Sieben, in *Berliner Monatsschrift* Vol. XVIII. (1791. 8.) p. 494. sqq. et in ipsius *vermischt. Schriften*, p. 32—60.

alii succedente tempore, vt iam dictum est, sensim reliquos V. T. libros, ex Hebraica [14]) lingua in Graecam, qualis tunc in Aegypto erat vsitata. Cur vero non omnes libri sacri simul verterentur statim ab initio, haec haud dubie causa fuit, quod illis temporibus libri Mosis tantum publice praelegerentur in synagogis. [15]) Postea vero, cum Antiochus Epiphanes, capta vrbe Hierosolyma, edicto vetuisset, ne legem Mosis publice in synagogis legerent, eamque comburi iussisset [16]): quae calamitas in Ptolemaei Philometoris tempora incidit: Iudaei, qui carerent lectione sacra, legebant capita quaedam e prophetarum libris depromta. Ita factum est, vt, etiam cessante Antiochi tyrannide, et potestate Mo-

14) Neque enim placet *Ioh. Matthaei Hassencampii* opinio, proposita in commentatione de Pentateucho LXX interpretum Graeco, non ex Hebraico, sed Samaritano textu conuerso, Marburgi 1765. 4. Plura v. in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. III. p. 660. et 695. sqq.

15) In synagogis autem etiam Graece praelectos fuisse libros sacros, quanquam negat *Vitringa*, (de synagog. vet. 3, 2, 7. p. 954. sqq. ed. Leucopetr. 1726. 4.) tamen videtur colligi posse ex *Iustin. Mart.* apol. 1, 58. (ed. *Thaleman.* Lips. 1755. 8.) et e *Philone* de vita Mosis 2, p. 140. T. II. ed. *Mangey.* Alios, qui huc faciant, locos habet *Hodius* 3, 1. p. 224. Scilicet versio Graeca non sola praelecta fuit ex opinione mea, sed singulos locos Hebraice lectos secuta. Atque sic videntur conciliari inter se posse, quae *Salmasius* scripsit in epist. dedicatoria, commentario de hellenistica praemissa, p. 30. et in ossilegio hellenist. p. 318. 322. 328. 332. 337. sq. 344. et in funere linguae hellenist. p. 55. 63. maxime p. 88. sqq. vbi ostendit, haud dubie Graecam versionem praelectam in synagogis fuisse, sed ab Iudaeis, qui non origine, verum religione Iudaei essent, h. e. a proselytis, eorumque posteris. Cf. ibid. p. 96. Consentiunt autem nobiscum etiam alii viri docti, vt *Casaubonus* exercitatt. adv. Baron. p. 180. *Huetius* demonstrat. euangel. p. 462. edit. 2. Amst. 1680. 8. et *Eichhorn.* l. l. T. I. p. 348. sqq. De Alexandrinis certe synagogis, et de Palaestinis ante Iesu aetatem, dubitare vix quisquam poterit.

16) v. 1 Maccab. 1, 56. sqq.

sen legendi recuperata, lectio haphtararum tamen coniuncta cum sidrarum lectione maneret. [17]) Quae quidem Iudaeorum Palaestinorum consuetudo, cum, vt omnino ritus sacri in Palaestina vsitati [18]), transiisset etiam ad Iudaeos Alexandrinos, effecit, vt prophetici quoque libri viderentur esse in Graecum vertendi Reliqui autem codicis Hebraei libri, ne in collectione librorum diuinorum Graece versorum deessent, fuerunt et ipsi post Mosaicorum librorum interpretationem, temporibus tamen admodum diversis, in Graecum translati, neque absurdum putat esse *Hodius* [19]), si quis statuat, ab aliis etiam quam ab Alexandrinis Iudaeis quosdam illorum Graecos fuisse factos.

§. 2.

Haec igitur sufficiant de tempore, loco, occasione versionis nostrae Graecae, interpretumque consilio [1]). E quibus non dubito quin recte deduci commodeque intelligi possint aliae magis speciales, vt ita dicam, et quasi propriae causae, quae iusserint interpretes Graecos verba Hebraica eo potissimum modo, quo vertisse reperiuntur, interpretari. Cuius generis causas quanquam plures et fuisse et

17) v. *Elias Leuita* in Thisbi, apud *Hottinger.* thes. philolog. p. 222. ed. Tigur. 1649. 4. et apud *Vitringam* l. l. 3, 2, 11. p. 1006. quo loco etsi *Vitringa* historiam illam negat vlla probabili ratione se commendare, facio tamen cum *Hodio* 2, 7. p. 175.

18) Praeclare *Hodius* 2, 9. p. 188. aliique hanc in rem exemplo vtuntur templo illo, quod Alexandrini Iudaei in Hierosolymitani imitationem in praefectura Heliopolitana exstruxerunt, et nouo pontificatu ibidem instituto.

19) l. l. 2, 9. p. 191.

1) Nam de cuiusque interpretis ingenio, rudi an polito, quaerere, nec ad institutum meum proprie pertinere videtur, nec permittunt libelli angustiae.

inueniri posse non ignorem, tamen, cum reliquae sint ab instituto meo plane alienae, missis illis persequar vnam, quae inest in ea ipsa, qua vsi sunt in vertendo interpretes, dialecto. Quam cum Alexandrinam maxime 2) fuisse existimem, in exponenda atque demonstranda hac mea sententia puto sic me versari debere, vt primo quaeram de ipsius *dialecti* per se spectatae *notione*, deinde extitisse aliquando peculiarem aliquam dialectum Alexandrinam argumentis nonnullis demonstrem, eiusque naturam describam, denique verba nonnulla proponam, quae ad illam dialectum appareat esse referenda.

§. 3.

Iam vt, quae proprie sit *dialecti natura*, quae huic vocabulo notio subiecta, recte possit perspicueque cognosci, paulo altius, sed breuiter tamen 1),

2) Neque enim desideraturum esse quenquam puto, vt omnino Alexandrinam esse Graecae versionis orationem, ostendatur. Sufficiet mihi demonstrasse, saltem eam quaedam dialecti Alexandrinae et Macedonicae admixta habere, et magis quidem constanter, ac plura, quam reliquorum scriptorum aetatis recentioris libros.

1) Nam de dialectis Graecis in vniuersum permulti scripsisse reperiuntur, quorum paucos tantum hoc loco recensebimus. Plures qui cupiat, legat *Fabric.* biblioth. Graec. 4, 34. (Vol. VI. ed. *Harles.* p. 164. sqq.) Add. *Villoison.* proleg. ad *Homer.* Iliad. p. LVIII. sq. Sic *Theodorus Gadarensis,* Tiberii Caesaris magister, de quo v. *Suid.* in Θεόδωρος, scripserat duo libros περὶ διαλέκτων ὁμοιότητος καὶ ἀποδείξεως, et *Apollonius Alexandrinus,* cognomine *Dyscolus,* eodem *Suida* auctore, composuerat opus περὶ διαλέκτων, cuius particulam quandam olim perperam putaui ea, quae *Maittairii* de dialectis libro ex *Apollonii* grammatica excerpta addita sunt ab *I. F. Reitzio.* Sic laudantur ab *Athenaeo* 11, p. 500. B. *Parmenonis Rhodii*, et 7, p. 284. B. *Dionysii Iambi* libri περὶ διαλέκτων. Traditur etiam *Astyages* quidam grammaticus de dialectis scripsisse. (v. *Suid.* in h. v.) Noti item sunt *Gregorii Corinthii* et *Iohannis Grammatici* s. *Philoponi* de dialectis libelli, quorum ille quidem optime editus est a *Gisberto*

repetamus primo dialectorum Graecarum originem, qua intellecta describi vera earum natura ac definiri poterit facilius. Vt enim omnium Graecarum vrbium et nationum origo referenda est ad Thessaliam, Macedoniam, Epirum, et loca vicina [2]), quoniam qui ea loca primis temporibus incolebant, et antea Γραικοὶ [3])

Koenio, Lugd. Bat. 1766. 8. ex hoc excerpta quaedam inserta sunt *Constantini Lascaris* grammaticae Graecae, Venet. 1698. 8. aliisque de re grammatica libris. Recentiorum denique de dialectis scriptorum tantus numerus est, vt omnes laudare nec possim nec velim. *Maittairii* quidem iam in praefatione mentio facta est. Coniungi cum eo vtiliter potest *Fr. Gedike* über Dialecte, besonders die Griechischen; quae commentatio primum inserta fuit *Promtuario Berolinensi literarum et artium* (Berliner Magazin der Wissenschaften und Künste) Fascic. II. 1782. 8. deinde repetita in ipsius *vermischt. Schriften*, Berol. 1801. 8. p. 155-179. Ad meam autem rem spectant praecipue *Chr. Theoph. Schwartzii* diss. de causis dialectorum, speciatim Graecarum, Viteb. 1702. 4. et *Ioh. Iac. Ferberi* diss. siue suspiciones historico-technicae de dialectis Graecis ex consideratione originum migrationumque Graecarum nationum collectae, ibid. 1709. 4. Permulta quoque hanc in rem egregie disputauit *Salmas.* in commentario de hellenistica, Lugd. Bat. 1643. 8. in funere linguae hellenisticae, et in ossilegio hellenisticae, ibid. eod. quem me gratus confiteor in multis hic esse secutum. Plures alii, qui huc pertineant, scriptores laudati sunt in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. IV. p. 891—895. ed. *Harles.* Add. *Andr. Engbergii* diss. de dialecto hellenistica, Hafn. 1714. 4. *Henr. Benzelii* diss. de lingua hellenistica, Lond. Goth. 1734. 4.

2) v. *Herodot.* 1, 56. 7, 94. *Strabo* 5, p. 220. sq. ed. *Casaub.*

3) Marmm. Oxonn. 1, 10. Ἕλλην ὁ Δευκ(αλίωνος Φθι)ώτιδος ἐβασίλευσε, καὶ Ἕλληνες (ὠν)ομάσθησαν, τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι. v. *Aristot.* meteorolog. 1, 14. *Steph. Byz.* et *Etymol. M.* in v. Γραικός, *Plin.* H. N. 4, 7. *Tzetzes* ad *Lycophr.* 532. cf. *Apollodor.* biblioth. 1, 7, 3. *Palmer.* Graec. antiq. 1, 2. p. 5. et interpp. ad *Hesych.* in v. Γραικὸς et Ῥαῖκος. Vtuntur vocabulo Γραικὸς, vt omnino vetustis et obsoletis, (v. infr. §. 12. in v. βασίλισσα) scriptores recentiores, vt *Lycophron* l. l. et v. 891. *Plutarch.* in Cat. Mai. c. 9. *Athenae.* 2, p. 50. F. *Polyb.* 35, 6. *Iulian.* Caes. p. 11. 17. 19. *Alexander Aetolus* in *Brunckii* analectt. poet. Graec. T. I. p. 419. nr. IV.

vel Πελασγοὶ 4) dicebantur, primum Ἕλληνες leguntur nominati fuisse ab Hellene, Deucalionis filio,

Procopius hist. arcan. c. 24. *Eustathius* tamen ad *Hom.* Ιλ. μ, p. 890, 15. etiam Sophoclem nomine Γραικοὶ vsum esse ait. Cf. *Brunckii* lexicon Sophocleum in v. ΡΑΙΚΟΥΣ. Caeterum nomen Graecorum haud dubie ex eo ortum est, quod regiones, in quibus consedissent, tenuerant inde a temporibus antiquissimis. Certe vocabulum γραῖα significat *vetulam.*

4) v. *Herodot.* ll. ll. et 2, 50. 52. 56. 7, 95. *Thucyd.* 1, 3. *Strabo* l. l. et 7, p. 327. vbi laudat locum *Homeri* Il. π, 233. cf. Il. β, 840. sq. et *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 14. 580. 906. De nominis Pelasgorum origine non spernenda videtur coniectura *Car. Deninae*, Staats- und Gelehrten-Gesch. von Griechenland, T. I. p. 3. qui illud deriuat a nomine πέλας, vt *Nunnes.* ad *Phrynich.* p. 40. ed. *Pauw.* a verbo πελάζειν, quod huc et illuc vagantes, mox ad haec, mox ad alia loca accesserint. *Guil. Frid. Hezel* üb. Griechenlands älteste Geschichte und Sprache, Weifsenfels 1795. 8. dicit, eos fuisse partem Pelegitarum, qui circa Taurum primo consederint, deinde in Graeciam migrarint. Alii deducunt a nomine πέλαγος, ita vt Pelasgi sint populi peregrini e regionibus maritimis aduenae. vid. praeter *Eustath.* ad Il. β, p. 344. *Cumberland* in originib. gentium antiquissimis p. 284. (ed. germanic. Magdeb. 1754. 8.) vbi vt ostendat, non rarum esse, quod inseratur vocabulis litera σ, laudat *Salmasium* ad *Tertullian.* de pallio p. 375. ed. Paris. 1622. 8. Add. *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1393, 36. et *Phauorin.* in v. δίσκοι et ἔσθω, it. *Schol. Eurip.* Phoenn. 643. Omnino autem hic legendi sunt *Geinoz* sur l'origine des Pelasges avec l'hist. de leurs migrations, in Mémoires de literature T. XIV. p. 154—178. et T. XVI. p. 106—119. *de la Nauze* Mém. sur la différence des Pelasges et des Hellènes, ibid. T. XXIII. p. 115—128. *Gibert* diss. sur les premiers habitans de la Grèce, ibid. T. XXV. p. 1—16. *Prideaux* ad marmm. Oxonn. I. p. 366—392. ed. 2. Lond. 1732. fol. *Ioh. Iackson* chronologische Alterthümer, aus d. Engl. übers. von *Chr. Ernst von Windheim,* (Norimb. 1756. 4.) p. 771. sqq. et Ill. *Heynii* commentat. de Graecorum origine e septentrionali plaga, quae inserta est Commentatt. Societ. reg. Goetting. T. VIII. et *Eiusdem* duae commentatt. de Castoris epochis populorum, qui maris imperium tenuisse feruntur, quae extant T. I. nouar. commentatt. Societ. reg. Goetting. et T. II.

qui, vt Deucalion 5), in Phthiotide, Thessaliae regione, regnasse traditur 6), et quoniam Ἑλλὰς fuit vrbs atque regio in Thessalia 7), cum nondum vlla alia in terrarum orbe nota esset Ἑλλάς 8): ita linguam antiquissimam et primitiuam Graecorum, quae proprie dicebatur Ἑλληνικὴ 9), fuisse Thessalorum siue Macedonum 10) propriam, sed ab initio, si quidem cum lingua Graecorum, qualem in libris

5) v. *Hellanicus* p. 69. Cf. *Schol. Apollon.* 3, 992.

6) v. *Thucyd.* 1, 3. *Aristoteles* metaphys. 4, 28. λέγονται οἱ μὲν Ἕλληνες τὸ γένος, οἱ δὲ Ἴωνες, τῷ οἱ μὲν ἀπὸ Ἕλληνος, οἱ δὲ ἀπὸ Ἴωνος εἶναι πρώτου γεννήσαντος.

7) v. *Hesych.* et *Steph. Byz.* in v. Ἑλλὰς, *Strabo* 9, p. 431. sq. *Eustath.* ad *Homer.* Odyss. α, p. 1421, 46. *Schol. Apollon.* 1, 904. *Schol. Homer.* Il. ι, 395. *Phauorin.* in v. Ἀχαιοὺς ἄρξωσιν.

8) v. *Dicaearchi* βίος Ἑλλάδος, in Geographiae veteris scriptoribus minoribus, ab *Hudsono* editis, Vol. II. (Oxon. 1703. 8.) p. 21. sq. Verba eius sunt: ἡ γὰρ Ἑλλὰς τοπαλαιὸν οὖσά ποτε πόλις, ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου (intell. πατρὸς) ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη, τῆς τῶν Θετταλῶν οὖσα χώρης. — ἡ οὖν Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ ἦν, ὅτε ποτὲ ἦν, οὐκ ἐν τῇ Ἀττικῇ. Cf. *Constantin. Porphyrogen.* de thematibus 2, 5. in *Meursii* opp. Vol. VI. p. 1456. sq.

9) v. *Clem. Alex.* stromm. 6, p. 679. A.

10) Nam ἔθνος illud Ἑλληνικὸν, de quo potius, quam de Πελασγικῷ, etsi verba *Strabonis* 5, p. 221. contrarium suadere posse videantur, intelligendum arbitror locum *Herodoti* 1, 56. quia non Pelasgi, sed Ἕλληνες, Deucalioni ac Doro paruisse traduntur, illud igitur ἔθνος Ἑλληνικὸν, quod primo, Deucalione regnante, Phthiotida Thessaliae habitauit, tenuit deinde sub Doro, Hellenis filio, Deucalionis nepote, regionem circa Ossam et Olympum, Histiaeotida dictam. Inde pulsum a Cadmeis, ad Pindum habitauit, et nominatum fuit Μακεδνόν. Cf. *Wesseling.* ad h. l. et *Salmas.* de Hellenistica p. 276. sq. et Anonymi *Examen d'un passage* d'Hérodote, *concernant les Pelasges et les Hellènes*; in *Histoire de l'Acad. des Inscriptions* T. XXV. p. 11—28. Vnde autem Macedones nomen nacti sint, non eadem omnium traditio est. *Constantinus Porphyrog.* de thematib. 2, 2. p. 1453.

hodie exstantibus reperimus, inprimis cum Attica, comparaueris, valde horridam et incultam, et barbaram potius quam Graecam [11]), reliquarum tamen

Μακεδονία, inquit, ἡ χώρα ὠνομάσθη ἀπὸ Μακεδόνος, τοῦ Διὸς καὶ Θυίας τῆς Δευκαλίωνος, ὥς φησιν Ἡσίοδος ὁ ποιητής,

ἡ δ' ὑποκυσσαμένη Διῒ γείνατο τερπικεραύνῳ
υἷε δύο, Μάγνητα, Μακεδόνα θ' ἱππιοχάρμην,
οἳ περὶ Πιερίην, καὶ Ὄλυμπον, δώματ' ἔναιον.

(quos versus non reperio in *Hesiodi* fragmentorum collectione) Ἄλλοι δ' ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Αἰόλου, ὡς Ἑλλάνικος, Ἱερειῶν (ita enim legendum est pro Ἱερίων) πρώτῃ τῶν ἐν Ἄργει· Μακεδόνος Αἰόλου, οὗ νῦν Μακεδόνες καλοῦνται, μόνοι μετὰ Μυσῶν τότε οἰκοῦντες. v. *Hellanici* reliquiae a me editae p. 79.

11) *Plato* in Cratylo T. I. opp. p. 421. C. D. ed. *Steph.* ἂν ἐπορισάμεθα —, φάναι, ὃ ἐὰν μὴ γιγνώσκωμεν, βαρβαρικόν τι τοῦτ' εἶναι. εἴη μὲν οὖν ἴσως ἄν τι τῇ ἀληθείᾳ καὶ τοιοῦτον αὐτῶν· εἴη δὲ κἂν ὑπὸ παλαιότητος τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων ἀνεύρετα εἶναι. διὰ γὰρ τὸ πανταχῇ στρέφεσθαι τὰ ὀνόματα, οὐδὲν θαυμαστὸν ἂν εἴη, εἰ ἡ παλαιὰ φωνὴ πρὸς τὴν νυνὶ βαρβαρικῆς μηδὲν διαφέροι. p. 409. E. ἐννοῶ ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα, ἄλλως τε καὶ οἱ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις οἰκοῦντες, παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασι — ὅρα τοίνυν καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα, τὸ πῦρ, μήτι βαρβαρικὸν ᾖ. p. 425. E. παρὰ βαρβάρων τινῶν τὰ πρῶτα ὀνόματα παρειλήφαμεν· εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι. Per barbaros *Plato* videtur maxime Pelasgos intelligere. Si enim verum est, quod ab antiquis scriptoribus narrari vidimus, Pelasgos antiquitus et ante Hellenis aduentum tenuisse Thessaliam, videtur non improbabiliter colligi posse, Hellenas statim ab initio multa vocabula multasque loquendi formulas in linguam suam e lingua Pelasgorum transtulisse, quippe a quibus Hellenas etiam deorum nomina accepisse scribit *Herodotus* 2, 50. et 52. quanquam postea Pelasgos Hellenum linguam didicisse constet. Pelasgos autem idem historicus 1, 57. et 2, 51. (coll. 7, 124. 8, 115. sq.) tradit pleraque Thessaliae, Thraciae et Hellesponti loca habitasse, et linguam habuisse barbaram, et barbaros fuisse, et τὸ Ἀττικὸν ἔθνος vocat Πελασγικόν. Quodsi cum his contuleris, quae *Strabo* 7, p. 321. refert (cf. *Thucyd.* 1, 6.), totam fere Graeciam olim fuisse κατοικίαν βαρβάρων, et Atticam tenuisse Thracas, p. 327. autem, Epirotarum dialectum similem Macedonicae fuisse, et quod idem *Strabo* (5, p. 221. 9, p. 397.), vt *Herodotus* (1, 57. 2, 51. 6, 137.), Pelasgos dixit Athenis

Graeciae dialectorum omnium fontem et originem statuendam esse, non verisimile modo, sed paene certum est [12]). Et duas quidem potissimum dialectos haec lingua dicitur peperisse: Ionicam, quae eadem erat cum Attica, et Doricam s. Aeolicam [13]). Nam terra Attica, ita dicta ab Atthide, Cranai filia [14]), cum aliis olim nominibus appellata fuisset [15]), primum Ionia vocata est ab Ione, Xuthi filio, Hellenis nepote [16]), et Aeolicam ac Doricam

fuisse (cf. *Meurs.* Cecrop. c. 5. Vol. I. opp. p. 406—408. et Attic. lectt. 6, 1. et 23. Vol. II. p. 1251. sq. et 1291. D.): sequitur, opinor, verum esse, quod praeeunte *Platone* dixi, (cf. quae de Macedonum dialecto hanc in rem disputat *Crophius* antiquitatt. Macedon. 2, 5, 13. p. 79.) neque vllo modo, qualis vetustissima vel Hellenum vel Pelasgorum lingua fuerit, aut quando hi illis adscripti suam linguam dedidicerint, definiri a quoquam posse. Omnino dolendum est, lexicon Pelasgicum, quod *Antonium Franciscum Gorium* edere voluisse constat, non perfectum fuisse.

12) v. *Salmas.* de Hellenistica p. 409. sq. qui hoc inde demonstrare conatur, quod Orpheus, Musaeus, Pherecydes, Hellanicus, et alii antiquissimi scriptores non dicantur Ionice, aut Attice, aut Aeolice, aut Dorice, sed Graece, i. e. Ἑλληνικῶς siue Ἑλληνιστὶ, scripsisse. Quod quidem argumentum, etsi non admodum certum putabam, (v. paulo post not. 17—19.) non tamen infringi aut conuelli posse arbitror loco *Diodori Siculi* 3, 67. vbi Orpheus, vt Linus et Pronapides, legitur in scribendo vsus esse τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι. Nam Pelasgi videntur primi, et iam ante Cadmum, postquam semel Hellenum linguam didicerant, (qua de re cf. *Salmas.* l. l. p. 281. p. 404. sq. et passim) literarum figuras, quibus verba Graeca pingerent, inuenisse. v. *Montfaucon* diss. de priscis Graecorum et Latinorum literis (ad calcem Palaeographiae Graecae, Paris. 1708. fol.) §. 18—24. p. 558. sq. et *Villoison.* prolegom. ad *Homeri* Iliad. p. LVII. sq.

13) *Strabo* 8, p. 333. τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμὲν, τὴν δὲ Δωρίδα τῇ Αἰολίδι.

14) v. *Strab.* 9, p. 397.

15) de quibus vid. *Herodot.* 8, 44. et *Strab.* l. l.

16) v. *Herodot.* l. l. et 1, 143. 7, 94. *Strab.* l. l. et p. 392. *Eustath.* ad *Dionys. Perieg.* p. 109. (ed. *Henr. Steph.*

dialectum priscis temporibus vnam eandemque fuisse, praeter *Strabonis* locum modo laudatum, etiam ex eo apparet, quod *Pindarus* Aeolice se scribere dicit [17]), quem tamen veteres scriptores tradant vsum esse Dorica dialecto [18]), vel communi [19]). Posteaquam vero Iones, vel inopia coacti [20]), vel ab Achaeis s. Lacedaemonibus pulsi [21]), duce Neleo [22]) eam regionis in Asia maritimae partem, quam

1577. 4.) cf. *Apollodor.* 1, 7, 3. et *Potter.* ad *Lycophr.* 989. Caeterum *Plato* in Euthydemo T. I. opp. p. 302. D. et *Steph. Byz.* in v. Ἰωνία, dum Ionem faciunt Apollinis filium, poetas videntur secuti esse, vt *Euripidem* in Ione.

17) Olymp. 1, 164. v. *Phauorin.* in v. Αἰοληΐδι μολπᾷ.

18) vt *Pausan.* 9, 22. p. 753. ed. *Kuhn.* et *Suidas* in v. Πίνδαρος, etiam *Pindarus* ipse Olymp. 1, 26.

19) v. *Ioh. Grammaticus* de dialectis p. 363. Ne vero quis miretur, communem *Pindaro* dialectum tribui, efficiet *Iamblichi* locus de vita Pythag. c. 34. §. 243. vbi *Orpheum* dicit scripsisse Dorica dialecto, quae eadem fuerit vetustissima. Dorica enim dialectus videtur omnium minime recessisse ab antiqua lingua Hellenum. v. *Maittaire* introduct. in Graecas dialectos, et quae ibi monui, p. XXXII. et XXXIV. Certe vt alia, quae e superioribus colligi possunt, argumenta taceam, *Orpheus* floruisse putatur 30. vel 40. ante bellum Troianum annos. (v. *Lambec.* prodrom. hist. literar. 2, 4, 4.) Aeolum autem migratio, ante quam Dores vel Thessaliam incoluerunt et Hellenica lingua vsi videntur, vel ita Aeolibus mixti viuebant, vt eorum lingua a lingua Aeolum non diuersa fuisse putanda sit, facta est annis fere 130. post expeditionem Troianam. (v. *Herodot.* vita Homeri, cap. vlt.) Recte igitur Dorica dialectus videtur dici posse communis, cum haec non alia sit, nisi antiqua Macedonica s. Hellenica.

20) v. *Thucyd.* 1, 2.

21) v. *Herodot.* 1, 145. *Strab.* 8, p. 333. *Isocr.* panegyr. cap. 34.

22) v. Marmm. Oxon. 1, 42. *Herodot.* 9, 96. *Strab.* 14, p. 633. *Pausan.* 7, 2. *Aelian.* V. H. 8, 5. cf. *Callim.* h. in Dian. 226. sq. ibique *Spanhem.* it. *Apollon. Rhod.* 1, 959. et *Meurs.* de fortuna Athenar. c. 6. Vol. I. opp. p. 38—49. Caeterum nomen Nelei quomodo scribendum sit, Νηλεὺς an Νειλεὺς

antea Cares et Leleges incolebant[23]), occupauerant, lingua eorum cum solo mutata fuit, et differre ab Attica coepit. Haec enim regio, in qua duodecim vrbes condiderunt [24]), Ionia dicta fuit, et lingua eorum Ionica. Eadem ratione cum paulo ante etiam Aeoles [25]) in Asiam migrassent, ibique occupata regione, cui nomen antea fuerat Mysia, multas ad Hellespontum vrbes condidissent [26]), tota illa regio nominata fuit Aeolis, et noua dialectus orta est, quae proprie dicebatur Aeolica, cum antea, dum in Europa versarentur Aeoles, eadem cum Doribus lingua vsi fuissent [27]). Locorum enim diuersitatem atque mutationem, vt commixtionem plurium populorum, magnam etiam inuehere linguarum differentiam, quis ignorat? Caeterum haec omnia propterea explicare studui, vt viam mihi munirem

disputat *Dauis.* ad *Maxim. Tyr.* 35. p. 623. Νειλεὺς scribitur v. c. apud *Plutarch.* de gloria Atheniens. c. 7. Sed Νηλεὺς rectius scribi hoc nomen, iudicat etiam *Brunck.* lectt. in analecta p. 84. 97. 98. Fuit autem Codri filius. v. *Hellanic.* p. 52.

23) v. *Herodot.* 1, 142. *Strab.* 7, p. 321.

24) v. *Herodot.* 1, 142. 145. sq. cf. *Vellei. Paterc.* 1, 4.

25) ita dicti ab Aeolo, Hellenis filio. (v. *Steph. Byz.* in v. Αἰολία, et *Apollodor.* l. l.) Horum gens late fuit diffusa. Nam Graeci extra Isthmum omnes, praeter Athenienses et Megarenses et Dorienses Parnassi accolas, *Strabonis* etiam aetate dicebantur Aeoles. (v. *Strab.* 8, p. 333.) Antiquis autem temporibus Boeoti quoque appellati fuerunt Aeoles, et Thessaliam incoluere. v. *Paus.* 10, 8. p. 816. De re ipsa v. *Mela* 1, 18. et *Plin.* H. N. 5, 30.

26) v. *Herodot.* 1, 149. *Strab.* 13, p. 622. *Vellei. Paterc.* l. l.

27) Nempe ante migrationem illam, cum praeter Ionas etiam Aeoles ac Dores Peloponnesum incoluissent, mox pulsis ab Achaeis Ionibus relicti in Peloponneso Aeoles atque Dores, et inuicem mixti sunt. v. *Strab.* 8, p. 333.) Dores autem, qui Doro, Hellenis filio, nomen debere dicuntur, (v. *Steph. Byz.* et *Apollodor.* ll. ll.) octogesimo fere post Troiam captam anno deducti fuerant in Peloponnesum ab Heraclidis. v. *Thucyd.* 1, 12. cf. *Strab.* l. l. et *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 327. B. et p. 336. B.

ad constituendam atque definiendam veram et propriam dialecti in vniuersum spectatae notionem.

§. 4.

Ex iis enim, quae dicta sunt, videtur satis intelligi posse, dialectum non esse posse neque dici, nisi constet, esse populum quendam, certis finibus circumscriptum et ab aliis populis separatum, qui tali loquendi ratione, quam dicimus dialectum, vtatur. Quod quidem est vnum ex iis, quibus dialecti naturam contineri atque censeri, non solum e praeceptis veterum grammaticorum, verum etiam ex ipso nomine dialecti, apparet. Nam vocabulum διάλεκτος, quod proprie est adiectiuum, deriuatum a verbo actiuo διαλέγειν, h. e. *discernere*, significat *discretum* ac *differentem* 1). Cum igitur ita positum legitur, vt indicet *linguam, qua natio a natione discernitur*, 2) constat intelligi debere vocabulum

1) Ne quis ineptam putet ac puerilem hanc et alteram de nominis γλῶττα ellipsi obseruationem: en causam. Διάλεκτος enim a verbo medio διαλέγεσθαι, h. e. *disserere*, deductum, significat *omnem omnino elocutionem et orationem*, etiam *sermonem* atque *colloquium*. Saepe sic legitur in *Aristotelis* libello de poet. vt c. 4. p. 32. ed. *Harles.* ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους, pro quo c. 12. p. 174. dixit ἐν λόγοις. Hoc eodem capite ista vocabuli διάλεκτος vis apparet p. 166. et 172. it. ap. *Clem. Alex.* stromm. 7, p. 709. D. et *Philon.* lib. 2. de legum allegg. T. I. p. 69, 33. fortassis etiam ap. *Plutarch.* de Is. et Os. c. 17. vbi Maneros dicitur esse διάλεκτος, h. e. *vox*, quae deceat homines bibentes et epulantes. Sed alterius obseruationis vtilitas apparebit ex eo, quod inueniuntur ap. veteres scriptores loci, in quibus Φωνὴ potius quam γλῶττα suppleri recte possit. *Aristoteles* certe (hist. animm. 4, 9.) διάλεκτον definit τὴν τῆς Φωνῆς τῇ γλώττῃ διάρθρωσιν, atque adeo *dialectum* intelligi vult de *voce* humana et articulata. Et *Plutarchus* in Coriolano c. 38. habet ἔναρθρον Φωνὴν καὶ διάλεκτον.

2) vt in loco *Clementis Alex.* supra §. 1. not. 2. allato, apud *Diodor. Sicul.* 1, 37. τὴν Ἑλλήνων διάλεκτον. *Strab.* 6, p. 258. D. τῇ Λατίνῃ διαλέκτῳ. p. 277. D. τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον. *Plu-*

γλῶττα. Eodem modo efficitur illa notio, qua *dialectus* esse dicitur *loquendi ratio eiusmodi, qua inter se discernuntur populi eadem lingua vtentes.* Atque hac notione vtimur hoc loco. De qua eadem vocabuli vi praeceperunt multi veterum grammaticorum, vt *Gregorius* l. l. p. 3. quo loco quamuis nunc legatur: διάλεκτός ἐστιν ἰδίωμα γλώσσης, ἢ διάλεκτός ἐστι λέξις ἴδιον χαρακτῆρα τύπου ἐμφαίνουσα [3]): tamen certissimam esse puto *Koenii* post *Salmasium* [4]) emendationem, qui pro τύπου legendum esse docuit τόπου. Nam non solum ipsa rei natura hanc lectionem confirmat, quoniam, vt ostendimus, nulla vnquam dialectus reperta fuit, aut potuit reperiri, sine populo aliquo vel loco, cui illa familiaris esset, et quoniam e lectione τύπου sensus commodus elici nequit, cum χαρακτὴρ τύπου non nisi per ineptam tautologiam possit explicari [5]), verum etiam locus extat apud *Clementem Alexandrinum* [6]), in quo diserte legitur τόπου.

tarch. in Antonio c. 27. τὴν γλῶτταν — εὐπετῶς τρέπουσα καθ' ἣν βούλοιτο διάλεκτον — τὴν Αἰγυπτίων διάλεκτον. Plura dixi ad *Maittairii* introductionem in Graecas dialectos p. XXXIII.

3) Eodem modo legitur haec definitio in caeteris grammaticorum veterum de dialectis libellorum editionibus, vt in *Phauorini Varini* thesauro, cornu copiae et hortis Adonidis, (qui liber prodiit ap. *Aldum*, Venet. 1496. fol.) fol. 236. et 248. in *Iohannis Grammatici* de dialectis libello p. 363. etc.

4) in commentar. de hellenistica p. 62. 136. 450. vbi simul probabilem causam affert, cur grammatici recentiores — nam vetustissimorum hac de re praecepta interierunt — antiquam definitionem mutauerint, quia nimirum nullus ipsorum aetate locus erat, nulla gens, cui peculiariter tribui posset dialectus illa, quae dicitur communis, quam tamen et ipsam comprehendere definitione vellent.

5) Nam τύπωμα apud *Eurip.* Phoen. 165. in Scholiis Cantabrig. explicatur nomine χαρακτῆρα.

6) stromm. 1, p. 338. B.

Consentiunt item alii, qui ita dialecti naturam explicant, vt *τόπου* legi debere pateat in illo loco *Gregorii* 7).

§. 5.

Iam paucis quoque alterum illud, quod ad dialecti naturam pertinere putamus, videtur esse explicandum: nempe dialecti ingenium in singulorum magis quam in coniunctorum verborum diversitate cerni, quae quidem totius alicuius populi vel ciuitatis communis sit, et quae vel ex aliqua vocabuli eiusdem immutatione oriatur, per literarum et syllabarum transpositionem, additionem, detractionem, earundemque vt generum, numerorum, casuum, modorum, temporum, spirituum, accentuum, permutationem, atque per notionum vocabulis subiectarum differentiam, vel ex alius omnino vocabuli vsu, quo populus aliquis eandem rem significare soleat, quae ab alio populo significetur alio 1). Nam cum tanta sit in hominibus sentiendi cogitandique diuersitas, vt nemo fere eadem plane cum aliis ratione fingat et coniungat notiones a sensibus menti oblatas et ratiocinando perfectas: facile intelligitur, cogitari nequaquam posse totum aliquem populum, qui eodem omnino modo et ordine, quo alius eiusdem gentis populus, verba animi sententiam decla-

7) *Clem. Alex.* stromm. 6, p. 678. B. διάλεκτον ὁρίζονται λέξιν ἐθνικῷ χαρακτῆρι συντελουμένην, et ibidem paulo ante, διάλεκτος, inquit, λόγον τινὰ ἐμπεριέχουσα, ἐθνικὸν ἐμφαίνοντα χαρακτῆρα. *Schol. Aristoph.* ad nubb. 317. διάλεκτός ἐστι φωνῆς χαρακτὴρ ἐθνικός. Χαρακτὴρ autem ἐθνικὸς quin fere idem significet, quod χαρακτὴρ τόπου, nemini putamus dubium fore.

1) cf. *Ioh. Grammat.* in laudato libello p. 365. ubi haec leguntur: νοεῖται δὲ ἡ διάλεκτος τριχῶς· κατὰ ὅλου ὀνόματος ἀλλαγὴν, — κατὰ μέρος τι, ἤτοι κατὰ πρόσθεσιν, ἢ κατὰ ἀφαίρεσιν, ἢ κατὰ μετάθεσιν, — κατὰ συμβεβηκὸς, ἤτοι κατὰ προσῳδίαν, ἢ κατὰ πνεῦμα;

rantia collocet atque componat. Et quanquam quaedam verborum compositiones atque structurae, quae *σχήματα λόγου* vocantur a grammaticis, inveniuntur magis alicui dialecto vsitatae ac pene peculiares fuisse, quam alii [2]): tamen cum paucissimae fuerint, non dignae videntur, quibus, vel per se et solis, vel saltem praecipue, distinguatur aliqua dialectus ab alia, quam tali syntaxi constet caruisse. *Dialectus* igitur, quam ex iis, quae a nobis disputata sunt, intelligi potest recte dici idioma linguae certo quodam in loco et apud certum quendam populum, qui illo distinguatur ab aliis populis atque locis, vsitatum, cuius omnis proprietas in verbis singulis potissimum posita sit, non in coniunctis [3]), differt a *stylo* et *γλώττῃ*. *Stylus* enim est *forma loquendi singulorum quorundam hominum propria*, et *γλῶττα*, quod vocabulum etiam aliter vsurpari scio [4]), cum quidem dialecto opponitur, significat *linguam, qua in vniuersum tota aliqua vtitur gens*, ita vt singuli gentis illius populi ac ciuitates pluribus vel paucioribus linguae eiusdem mutationibus efficiant non nouas linguas, sed linguae communis differentias, quas dialectos appellari vidimus. Dialectus

2) v. *Lesbonax* περὶ σχημάτων, quem libellum cum *Ammonii* de affinium vocabulorum differentia libello edidit primus *Valckenarius*, Lugd. Bat. 1739. 4. p. 175—188. cf. *Salmas.* l. l. p. 146—148.

3) v. *Salmas.* l. l. p. 84.

4) Interdum enim, vt hoc obiter indicemus, γλῶττα significat *vocabulum aliquod peregrinum*, vel *antiquis tantum auctoribus, maxime poetis, vsitatum*, atque adeo *ignotum vulgo et obscurum*. v. *Pollux* 2, 109. *Aristot.* poet. 21. p. 154. c. 22. p. 164. 166. 170. 174. *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 338. C. *Plutarch.* l. l. c. 61. de Pythiae oraculis c. 24. et 28. *Athenae.* 10, p. 479. A. *Aristot.* rhetor. 3, 3, 2. sq. Plura dabunt *Maussac.* in diss. crit. ad *Harpocrat.* p. 387. sqq. (ed. *Vales.* Lugd. Bat. 1683. 4.) *Gataker.* ad *Antonin. Philos.* 4, 33. aliique, quos laudat *Burman.* ad *Quintilian.* 1, 1. p. 23.

enim semper similitudinem aliquam seruat eius linguae, cuius ipsa quasi filia et propago est. Quapropter vel ipso *Strabone* auctore 5), non plures proprie quam quatuor numeratae sunt Graeciae dialecti, quanquam sequentibus temporibus addita fuit a grammaticis quinta, διάλεκτος κοινὴ s. Ἑλληνικὴ 6), quae scilicet proprie quidem reliquarum quasi mater et Hellenibus antiquis peculiaris fuisset, sed exstincto posthac priscae Hellenum gentis nomine, ne digna quidem iudicata a *Strabone*, quae dialectus appellaretur, quia quatuor illi populi, ex vetusta gente Hellenica orti, in vniuersum quidem nondum illa vti desierant, sed ita eam flexerant variis modis atque mutauerant, vt nouis nominibus significanda videretur, prout singuli populi consensissent de ea mutanda. Sed nec singulae tantum nationes et regiones peculiarem sibi quaeque dialectum vindicarunt, verum etiam ciuitates singulae, insulae atque loca. Et illius quidem generis dialecti, quae, vt diximus, non nisi quatuor ab antiquis numeratae fuerunt, commode vocantur ἐθνικαὶ, vel γενικαὶ 7), hae τοπικαὶ s. εἰδικαί. Inprimis autem Doricae dialecti multae fuisse leguntur ὑποδιαιρέσεις τοπικαὶ 8), cuius generis sunt dialecti Lacedaemoniorum 9),

5) 8, p. 333. Quare nec ego, quanquam id opinatus est vir doctus in Leipz. Literat. Zeit. 1807. Nr. 74. probare vllo modo aut admittere hanc dialectum quintam in animum induxi. quod cuique, qui diligenter legerit, quae ad *Maittairii* introduct. in Graecas dialectos p. XXX. adnotaui, facile apparebit.

6) v. *Ge. Guil. Kirchmaieri* diss. de dialecto Graecorum communi, Viteb. 1709. 4. *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 338. B. et infra §. 8.

7) auctore *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 338. B. et p. 339. A.

8) v. *Gregor.* l. l. p. 135. et *Iohannes Grammat.* l. l. p. 380.

9) v. (*Ioh. Gottfr. Hauptmanni*) programma de Laconica dialecto, Gerae 1776. 4. inprimisque *Valckenar.* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 257—293.

Cypriorum [10]), Syracusanorum [11]), Sicyoniorum [12]), Siculorum [13]), Tarentinorum [14]), Amyclaeorum [15]), Eretriensium [16]), et aliae [17]), quarum glossae nonnullae explicantur in lexico *Hesychii*, et in aliorum grammaticorum veterum libris.

§. 6.

Quae cum ita sint, neminem opinor admodum esse miraturum, qui me statuere legerit, fuisse etiam aliquando peculiarem aliquam dialectum Alexandrinam. Nam linguam quidem Graecam iam a Psammiticho in Aegyptum inuectam fuisse docet *Herodotus* [1]), qui sua quoque aetate superfuisse dicit, qui ex illa Psammitichi institutione linguam Graecam callerent, eiusque agerent interpretes. Quod linguae Graecae in Aegypto studium num post Herodoti tempora viguerit, an perierit, equidem diiudicare non audeo; non tamen omnino linguae illius scientiam sequentibus temporibus euanuisse, verisimile videtur ex eo, quod philosophi Graeci discendi causa se in Aegyptum contulisse

10) v. *Aristot.* poet. c. 21. p. 154.

11) v. *Schol. Theocrit.* idyll. 4, 28.

12) v. *Schol. Apollon.* 2, 1176.

13) v. *Schol. Theocrit.* idyll. 5, 25.

14) v. *Etymol. M.* in ἀγάλιες, ἀνεμύτας, βακίας, etc.

15) v. *Schol. Theocr.* ad inscript. idyll. 12. et ad eiusdem idyllii v. 13.

16) v. *Plat.* Cratyl. T. I. opp. p. 434. C. et *Strab.* p. 418. et *Maittaire* l. l. p. 196. sq.

17) v. *Fischeri* animaduu. ad *Welleri* grammat. Graec. Spec. I. p. 45—56. et *Maittaire* p. 350—378. vbi etiam emendatius edidi opusculum grammatici alicuius, quod inscriptum est Ἰδιά τινα πόλεων.

1) 2, 154. Quin *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 343. D. Mosen iam a Graecis in Aegypto commorantibus τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν edoctum fuisse narrat e *Philone* (de Mose, T. II. p. 83, 41).

leguntur [2]), e quorum consuetudine non absurde putantur Aegyptii hausisse aliquam Graecae linguae cognitionem. Etsi enim Aegyptii non solum Pythagorae temporibus ita sibi abstinendum putabant a consuetudine cum Graecis, vt illi non nisi amputato praeputio liceret cum Aegyptiorum prophetis familiariter congredi [3]), verum etiam hic idem mos ab iis in communi vita diligenter seruabatur Herodoti aetate [4]): tamen hic ipse historicus profitetur [5]), inde a Psammitichi temporibus certiora se de rebus Aegyptiorum narrare posse propterea, quod Graeci, Cares et Iones, qui scilicet accurate omnia consignarent, admixti illis fuerint, et alio loco [6]) narrat, Amasin regem adeo studiosum Graecorum fuisse, vt Graecis in Aegyptum venientibus Naucratin oppidum daret habitandum, et feminam Graecam, Ladicen, vxorem duceret. Vnde saltem apparet, non plane abstinuisse Aegyptios a consuetudine Graecorum. Sed vtut sit, nostra non magnopere hoc loco interest. Ad seriora tempora descendendum videtur. Postquam enim Alexander Macedo magnam terrarum orbis partem, ipsamque adeo Aegyptum, victricibus armis subegerat et occupauerat, quam facile et paene necessarium fuerit, vt linguae Graecae studium vbique vehementer augeretur, nemo non intelligit, immo ita inter omnes hac de re constat, vt agere rem actam nolimus. Nobis potius ostendendum est, Alexandrinos quoque non solum Graece locutos esse [7]), verum etiam peculiari Graecae linguae dialecto vsos.

2) Sic Plato geometriam in Aegypto didicisse fertur apud *Clem. Alex.* protrept. p. 46. A. cf. stromm. 1, p. 302. D.

3) v. *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 302. C.

4) v. *Herodot.* 2, 41. 78. 91.

5) 2, 154.

6) 2, 178. 181.

7) Nam de hoc quidem satis constat. v. *Casaub.* ad *Athenae.* 12, 10. p. 849, 31. et nos statim §. 7.

§. 7.

Scilicet quae iam supra §. 1. breuiter tradidimus de colonis Alexandriam deductis, ea paulo vberius ex iisdem, quos ibi laudauimus, scriptoribus narrata rem optime videntur posse illustrare. Alexander enim non tantum pari cum Macedonibus iure vti permisit Iudaeos in vrbe nuper condita Alexandria, sed etiam regi ab ethnarcha quodam, h. e. principe Iudaeo, qui iudicia haberet legesque populo suo daret, vt perfectae et propriae reipublicae rector, et Ptolemaei, Alexandri in Aegypto successores, locum adeo proprium et ab aliis eiusdem vrbis regionibus separatum iis assignarunt, eosque appellari permiserunt *Macedonas*. Hi ipsi autem Iudaei vocabantur etiam simpliciter *Alexandrini* [1]), quo nomine eos recte appellari putabat *Iosephus*, ita vt, si quis id miraretur, ἀπαιδευσίας esse diceret, quia etiam in aliis barbarorum vrbibus habitantes Iudaei, simpliciter et neglecta Iudaeorum appellatione, eodem, quo inquilini, nomine insignirentur. Certum igitur est, Iudaeos istos peculiarem quodammodo certisque finibus circumscriptum et ab aliis populis distinctum populum Alexandriae fuisse, neque adeo dubitari potest, quin eorum lingua dici recte dialectus possit.

Iam est videndum, Hebraicane lingua vti perrexerint, an hac neglecta didicerint Graecam. Et hoc quidem probabilius mihi videtur altero. Nam etsi *Iosephus* diserte dicit, Iudaeis a regibus Aegypti locum aliquem Alexandriae proprium datum fuisse propterea, ὅπως καθαρωτέραν ἔχοιεν τὴν δίαιταν, ἧττον ἐπιμισγομένων τῶν ἀλλοφύλων, tamen haec verba vehementer dubito an ad linguam etiam sint referenda. Certe vel ex eo, quod Mace-

1) v. *Tiberius Claudius Caesar* ap. *Ioseph.* archaeol. 19, 5, 2.

donas et Alexandrinos simpliciter eos nominari licebat, videtur colligi posse, cum patriae gentis nomine linguam etiam patriam eos maximam partem abiecisse; neque eos ita distinctos fuisse a reliquis colonis, Aegyptiis, Macedonibus, aliisque haud dubie Graecis [2]), quin ex vsu quotidiano et commercio multa, quae proprie reliquorum essent, inprimis vero Macedonum, gentis imperantis, linguam, sibi vindicarent, intelligi facile potest ex insigni Iudaeorum mercaturae et lucri studio, et ex eo, quod nostris quoque temporibus fieri videmus, vt populi etiam diuersissimi, modo eandem vrbem incolant, gentis dominantis atque primariae linguam, sua paene abiecta, facile addiscant. Quanquam igitur probabile esse puto, colonos illos ita inter se mixtos fuisse in vrbe et agro Alexandrino, vt et nomine eodem insignirentur cuncti, et linguam haberent, mixtam illam quidem atque temperatam e singulorum dialectis, sed paene eandem: tamen sic quoque videtur in nonnullis diuersa fuisse Iudaeorum et Macedonum in eadem vrbe habitantium loquendi ratio. Iudaei enim haud dubie multa in Macedonicam linguam intulerunt verba Hebraica et Syriaca, inprimis structuram verborum ad Hebraicae linguae ingenium formatam [3]). Quae

2) Plura eam in rem ac certiora videmur allaturi fuisse, si superessent libri 10, quos scripserat περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν *Callinicus*, cognomine *Sutorius*, sophista, (de quo v. *Suid.*) et *Callixeni Rhodii* opus περὶ Ἀλεξανδρείας, quod laudat *Athenaeus* 5, p. 196. A. et 9, p. 387. D. et *Apollonii Rhodii* κτίσις Ἀλεξανδρείας, qui liber laudatur a *Schol. Nicandri* ad theriac. p. 6. ed. *Morell.* Paris. 1557. 4.

3) Talem Hebraismum dialecto Macedonico-Alexandrinae illatum detexisse mihi videor in *Ptolemaei Euergetis* monumento Adulitano, ap. *Chishull.* antiquitt. Asiatt. p. 78. vbi insolens verborum structura, quae conspicitur in his: ἔχω τὸν μέγιστον θεόν μου Ἄρην εὐχαριστίαν, explicari fortassis possit ex ea Hebraeorum consuetudine, qua nominibus, quae a verbis deriuata

tamen differentia vel non adeo magna erat, vel ad Hebraicae potius quam ad Graecae linguae naturam pertinere existimabatur. Vnde factum est, praesertim cum tali dialecto Alexandrina perpauci libri scripti essent, vt minus innotesceret grammaticis tanquam peculiaris et a Macedonico-Alexandrina diuersa dialectus. Ea enim dialectus Alexandrina, de qua peculiares olim libri extabant [4]),

sunt, eundem iungere solent casum, qui iungitur verbis, a quibus ducta sunt, vt 2 Sam. 3, 11. מִיִּרְאָתוֹ אֹתוֹ etc. Vitauit hanc structurae duritiem auctor libri 2 Maccab. 3, 33. τῷ ἀρχιερεῖ χάριτας ἔχε. quae est Attica loquendi ratio. v. Anonym. Atticista de Atticismis, in *Villoisonii* auecdot. Graec. T. II. p. 80. Sic Hebraismus est in Inscript. Roset. lin. 10. vbi Ptolemaeus vocatur ὑπάρχων θεὸς ἐκ θεοῦ. Et lin. 19. Ἑρμῆς ὁ μέγας καὶ μέγας. Nihil tamen affirmari hic potest. Nam, vt de primo saltem exemplo dicam, etiam Attici reperiuntur insolentiore illa nominum structura non raro vsi esse, vt *Plato* apol. Socr. T. I. opp. p. 30. A. τὴν ἐμὴν τῷ θεῷ ὑπηρεσίαν. Phaed. T. I. p. 109. A. τὴν ὁμοιότητα τοῦ οὐρανοῦ αὐτοῦ ἑαυτῷ. Timae. T. III. p. 46. A. τῆς — τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις. Epist. 8. T. III. p. 354. E. ἡ θεῷ δουλεία. v. *Fischer*. ad *Plat*. Euthyphr. 17, 5. Apol. Socr. 18, 10. maximeque quos laudat ad Phaedon. 38, 4. In *Thucydide* itidem sunt multae formulae, quae Hebraismum redolere videantur, collectae in *Car. Ludov. Baueri* diss. de lectione Thucydidis optima interpretandi disciplina, Lips. 1753. 4. inprimis p. 73. sq. Quin nec Latini illius generis structuram horrent. Sic *Cic*. de legg. 1, 15. iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum. *Caesar* B. G. 1, 5, 3. domum reditio. v. *Ioh. Buxtorfii* thesaur. grammat. linguae Hebr. 2, 5, 3. p. 369. edit. 4. *Phil. Parei* mantissa lexici critici p. 183. *Duker*. ad *Thucyd*. 5, 46. 8, 21. *Wesseling*. ad *Herodot*. 7, 15. *Valcken*. et *Porson*. ad *Eurip*. Phoenn. 948. Sed nec secundi exempli similia desunt in Atticorum libris. Apud *Plat*. enim Alcib. I. T. II. opp. p. 121. A. et *Xenoph*. Ages. 1, 2. sunt βασιλεῖς ἐκ βασιλέων. Tertium vero, ὁ μέγας καὶ μέγας, pro ὁ μέγιστος, haud dubie originem debet linguis Orientis. v. vel *Vorst*. de Hebraismis N. T. 12, 2.

4) Nam et *Irenaeus*, qui idem Latino nomine *Pacatus* vocabatur, grammaticus Alexandrinus, scripserat libb. 7. περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου, eamque ex Attica deriuauerat, (v.

et quae saepe commemoratur a grammaticis, quorum locos infra afferemus, videtur omnibus Alexandriae ciuibus communis fuisse, ita vt qui plenam velit et perfectam eius ideam habere, ei partes, e quibus composita esset, cognoscendae sint singulae. Quare quaeramus ante omnia de Macedonicae dialecti natura, e qua maxime atque Aegyptia ortam putamus Alexandrinam.

§. 8.

Omnino autem dubitari non potest, quin Macedonum lingua vetustior distinguenda sit ab eorundem recentiori. Hoc enim non solum ipsa rei natura satis declarat, qua quaelibet lingua, quamdiu populo alicui vsitata et quasi viua est, multis modis mutatur atque variatur, emendatur, emollitur, expolitur, verum etiam caeterarum Graeciae dialectorum exemplum, quarum Atticam quidem duplicem fuisse, et antiquam a nova distingui debere, multi viri docti ostenderunt [1]). De Dorica idem statuendum esse, apparet e grammatici cuiusdam verbis his [2]): *ἱστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος Δωρίδι διαλέκτῳ*

Etymol. M. in v. πυδαρίζειν, *Suid.* in v. Εἰρηναῖος et Πάκατος) et *Demetrii Ixionis*, Adramytteni, περὶ Ἀλεξανδρέων διαλέκτου opus laudatur ab *Athenaeo* 9, p. 393. B. Vixit iste *Demetrius* temporibus Augusti Caesaris. v. *Suid.* in v. Δημήτριος, et *Menag.* ad *Diog. Laert.* 5, 84.

1) vt *Henr. Stephanus* de dial. Att. p. 235. *Taylor.* praefat. ad indic. Attic. in *Lysiam* extrema, *Bernardus* ad *Thom. Mag.* p. 579. cf. *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoenn. p. 22. et *Pierson.* praefat. ad *Moer.* p. 26. sqq. et *Fischer.* ad *Weller.* Spec. I. p. 41—43. qui tres fuisse dicit huius dialecti aetates, quarum primam terminarit Ionum in Asiae oram migratio, secunda inde pertinuerit vsque ad belli Peloponnesiaci tempora, tertiae finis in aetatem Philippi et Alexandri M. inciderit.

2) quae leguntur in editione *Theocriti* Romana, quam *Zach. Calliergus* curauit 1516. 8. post argumentum idyllio primo praefixum. Vnde non erat, quod virgula quadam diuina se in-

κέχρηται τῇ νέᾳ· δύο γάρ εἰσι, παλαιὰ, καὶ νέα· καὶ ἡ μὲν παλαιὰ τραχειά τις ἐστι· ἡ δὲ νέα, ᾗ καὶ Θεόκριτος χρᾶται, μαλθακωτέρα καὶ εὐκολωτέρα. Quin etiam Ionicam duplicem fuisse, intelligitur ex *Apollonii Rhodii Scholiasta* 3). Hoc idem autem de Macedonica quidem dialecto demonstrant, quae nobis supersunt, linguae istius vocabula, quae liquido apparet alia vere et proprie Graeca et ad veterem Hellenum linguam referenda esse, alia ex aliorum populorum linguis, inprimis Persarum, Syrorum, Hebraeorum, Aegyptiorum, aliorumque, quibuscum Alexandri eiusque successorum temporibus versati sunt Macedones, deriuari debere. Collegi vtriusque generis non pauca. Sed cum e priori genere pleraque prorsus inusitata esse reperiantur, quanquam ex iis quoque plurima Orienti deberi nobis persuasimus, reiecimus ea ad calcem huius paragraphi. Alterius generis exempla nonnulla statim in margine adieci 4).

cidisse putaret *Andr. Schottus* (obs. human. 2, 50.) in codicem aliquem MStum, in quo fere eadem legerentur. Quam codicis istius notam cum etiam *Maittaire* in introductionem in Graecas dialectos p. XLI. transscripserit, non video, quomodo vir doctus in Leipz. Literat. Zeit. 1807. Nr. 74. dicere potuerit, in libro Maittairiano praeteritam esse dialecti Doricae diuersitatem.

3) 1, 998. 1081. ad vocabulum ὤ'λλοι. τῆς νεωτέρας Ἰάδος τὸ ὤ'λλοι. v. *Fischer.* l. l. p. 39. sq. et *Maittaire* l. l. p. XXXVI. et p. XXXIX. not. 1. et 5. Vnde nec duplicem dialectum Ionicam praetermissam a Maittairio fuisse patebit.

4) *Arcadius*, grammaticus ineditus, apud *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Del. 150. κοῖδος, inquit, παρὰ Μακεδόσιν οἰκονόμος. *Spanhem.* illud ex Arabica lingua deriuat. Sed potior mihi videtur *Iungermanni* (ad *Polluc.* 10, 12.) ratio, qui legi iubet σκοῖδος, quo vocabulo, *Hesychio* et *Phavor.* auctoribus, vsus est Alexander in epistolis, et quo significabatur apud Macedonas ἀρχή τις, τεταγμένη ἐπὶ τῶν δικαστηρίων. *Hemsterhus.* ad *Poll.* 10, 16. illud bene deriuat ex Hebr. שֹׁטֵר, quod etymon eleganter certe conuenit cum boni magistratus notione. — βατιάκη et diminutiuum βατιάκιον fuit Περσικὴ φιάλη, auctore *Athenaeo* in fra-

Nunc paulo accuratius describenda videtur ipsa dialecti Macedonicae natura. Et antiquissimis quidem temporibus valde verisimile est eam vel plane non, vel certe parum diuersam fuisse a

gmento, quod *Casaub.* in animaduu. p. 784. edidit, siue T. IV. ed. *Schweighäus.* p. 223. vbi ex Alexandri M. epistolis memorantur βατιάκαι ἀργυραῖ κατάχρυσοι. Cf. *Aristot.* mirabb. auscultt. c. 50. et *Diphilus* ap. *Ath.* 11, p. 484. E. item p. 496. B. vbi βατιακίου iterum mentio, vt p. 480. A. ex mente *Hemsterhusii* ap. *Albert.* ad *Hesych.* p. 706. qui vberius de batiaca disputat. Vtraque forma rursus extat ap. *Athen.* p. 497. F. et βατιάκιον fortasse pro Βησιακὸν reponendum est ap. *Poll.* 6, 96. Quod autem ad originem attinet, recte cum *Bocharto* (hieroz. T. II. p. 878. ed. Lugd. Bat. 1692.) comparari potest Chaldaicum אֲבַטִּיחָ, vt cucurbitae similis fuisse intelligatur βατιάκη. Nisi malis a בַּת deriuare, mensura liquidorum, βατὸς, βατία. — ἰζέλα, quod *Hes.* et *Phau.* dicunt in Macedonum lingua significare ἀγαθὴν τύχην, *Seldenus* (de diis Syris 1, 1.) deriuat a nomine Chaldaico מַזָּל, cuius status emphaticus est מַזָּלָא. — Ex eadem lingua Chaldaica repetendum videtur vocabulum ἀππὰ, quo vtebantur Macedones iuniores in appellandis senioribus, si quidem recte cepi verba *Etymol. M.* in v. ἄττα, (Cf. *Maittaire* dialectt. p. 565.) quod *Heinsius* (proleg. in Aristarch. sacr. p. 665.) deriuat e formula אַתָּה הוּא, qua vtuntur in precando Iudaei, et *Schol. Homeri* (Il. ι, 603.) Thessalorum esse dicit. Cf. *Iac. Rhenferd* epist. de origine et significatu vocis ἄττα, Franequerae 1688. 4. et in eius operibus philologicis, Trai. ad Rhen. 1722. 4. editis, p. 822—827. quae tamen parum illustrat. ἀππὰ igitur (de quo alio modo exponit *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Dian. 6.) videtur mihi ortum esse ex אַבָּא. Neminem enim mouere debet literarum mollium in duras mutatio. Certe non repugnat analogiae. Sic et βατάνιον dicitur, et πατάνιον. (v. *Athenae.* 4, p. 169. D.) Sic ex ἑπτὰ fit ἕβδομος. (v. *Phauorin.* in v. ἑπτά.) Sic Ezech. 30, 17. pro Hebraico פִּי־בֶסֶת in versione Alexandrina est Βουβάστου. Cf. *Iablonski* panth. Aegypt. 3, 3. p. 82. Sic κίτρια appellata esse a cedro, quasi κεδρία, suspicari non dubitat *Phanias Eresius* ap. *Athen.* 3, p. 84. D. Cf. *Dan. Fesselii* aduersaria sacra T. II. p. 357. — παρὰὸς, quod, *Hesychio* et *Phauorino* auctoribus, *aquilam* significat, *Ioh. Andr. Danzius* in Literatore Ebraeo-Chaldaeo (Ien. 1715. 8.) p. 30. bene dicit ortum esse ex Hebraico פֶּרֶס.

Dorica [5]). Quae eius facies atque forma quam diu durauerit, et quando mutata fuerit, mihi quidem non liquet. Cum vero post Alexandri M. tempora turbatae fuissent Graeciae dialecti omnes, ita vt ne Attica quidem discerni satis a Macedonica posset [6]),

5) v. supra §. 3. not. 10. et 19. et quae ad calcem huius paragraphi, in collectione vocabulorum Macedonicorum, de nomine κοράσιον dixi. Sic alii grammatici (v. not. 12.) Macedonas praecipiunt δ vsurpare pro ϑ, alii (in hortis Adon. fol. 77.) ϑ καὶ δ εἰς ἄλληλα τροπὴν Αἰολέων εἶναί φασι. — Dores transponebant literas, vt βάρδιστος pro βράδιστος: (v. *Gregor.* l. l. p. 156.) idem fecisse Macedonas, mox apparebit, not. 15. — A Megarensibus, qui quin fuerint Dorienses, non dubium esse potest, (v. *Aristot.* poet. c. 3. p. 18.) pocula dici γυάλας, *Philetas* auctor est ap. *Athen.* 11, p. 467. C. Sed a Macedonibus ita dicta fuisse docent *Hesych.* (qui tamen habet γυλλάς,) et *Etym. M.* in h. v. — Luculentissimum autem huius rei exemplum est nominum masculini generis in ης desinentium, vt ἱππότης, ἱππηλάτης, κοπαίνης, νεφεληγερέτης, μητιέτης, ἀκακήτης, ἰύκτης, βαθυμήτης, Θυέστης, κυανοχαίτης, etc. forma nominatiui in α, quam alii, vt *Ioh. Diaconus* ad *Hesiod.* p. 206. et *Ioh. Tzetzes* ad eund. p. 135. it. *Schol. Theocr.* idyll. 8, 50. Doricae dialecto, *Eustath.* ad Il. α, p. 75. et antiqui scriptores ap. *Phauorin.* in v. μεταπλασμὸς et μητίετα, Aeolicae et Boeoticae, *Ioh. Lascaris* 3, p. 178. praeter has Thessalicae, tribuunt, alii, vt *Apollon.* de syntaxi p. 213, 22. ed. Frcf. 1590. 4. et *Eudaemon Pelusiota* ap. *Eustath.* ad Od. γ, p. 1457, 19. Macedonicae. Cf. *Maittaire* p. 235. sq.

6) *Dorotheus Ascalonites* ap. *Athen.* 14, p. 662. F. auctor est, τὴν ματτύαν, h. e. πᾶν τὸ πολυτελὲς ἔδεσμα, (v. p. 663. B.) proprie quidem Thessalorum s. Macedonum (v. p. 664. B.) inventum esse, (cf. *Poll.* 6, 70. apud quem tamen legitur ματύλλη,) sed ἐπιχωριάσαι κἂν ταῖς Ἀθήναις κατὰ τὴν Μακεδόνων ἐπικράτειαν. *Athenaeus* (3, p. 122. A.) diserte, Μακεδονίζοντας, inquit, οἶδα πολλοὺς τῶν Ἀττικῶν διὰ τὴν ἐπιμιξίαν. v. *Pierson.* ad *Moerid.* p. 349. sq. Inde factum videtur, vt *Menander*, Atheniensis quidem, sed quem Demetrio Phalereo, qui a Cassandro, Macedoniae rege, tyrannus s. ἐπιμελητὴς datus esset Atheniensibus (v. *Paus.* 1, 25. p. 60.), postea vero diu Alexandriae apud Ptolemaeum Lagidam versatus (v. *Diog. Laert.* 5, 76. 78. et *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. 3, 17.), in deliciis fuisse vel pueris constat (v. *Phaedr.* 5, 1. et *Salmas.* de hellenistica p. 110.),

cumque adeo, non quidem Macedonica vera et antiqua, tanquam reliquarum omnium mater, sed ea, qua Graeci omnes, et indocti in vita communi sermonibusque quotidianis, et docti etiam in scriptis vterentur, τῆς κοινῆς fere nomine insigniri coepta fuisset 7), Macedonicae nomine appellata fuit alia quaedam lingua, quae et ipsa quin a Macedonibus inuecta sit non dubitamus, sed quam pro barbara fere habendam putabant Graeci, non solum propter insignem et nimium 8) peregrinorum et barbarorum,

a *Phrynicho* passim dicatur orationi suae Macedonica immiscuisse, (v. in fine huius paragraphi) plane vt *Aeschylus*, in Sicilia versatus, Sicula. (v. *Athenae.* 9, p. 402. C.) Hinc etiam ap. *Phauorin.* in v. κλητικὰς illa nominum in ης forma nominatiui in α dicitur esse Atticorum. *Villoisonus* tamen in praefatione ad nouam versionem Graecam Prouerbiorum etc. (quam supra §. 1. not. 1. memoraui) p. XXII. auctor est, in quibusdam remotis et fere inaccessis Graeciae angulis nonnulla etiam nunc dialectorum seruari vestigia. Cf. quae idem scripsit in prolegomenis ad *Hom.* Iliad. p. XLIX. sq.

7) *Phauorin.* in v. κλῦθι, e *Moschopulo* ad *Hesiod.* p. 10. extr. ἐπὶ τῇ κοινῇ καὶ ἡ ποιητικὴ ἐρείδει καὶ ἡ Ἀττικὴ γλῶττα, καὶ αἱ ἄλλαι, αἷς μάλιστα χρῶνται οἱ ποιηταί. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ κοινὴ λέγεται, ὅτι μετέχουσιν αἱ ἄλλαι αὐτῆς. κοινὸν γὰρ, οὗ μετέχουσι τοὐλάχιστον δύο. et quae plura sequuntur. Cf. *Salmas.* de hellenist. p. 405. sqq. et *Fischer.* ad *Weller.* Spec. I. p. 34. sq. it. *Bentlei.* opuscc. p. 480. ed. Lips. E quo factum est, vt grammatici ad interpretanda vocabula Attica, vel etiam obscuriora, vterentur vocabulis, quae petita essent e lingua Macedonica noua, h. e. communi, quam omnes omnino Graeci intelligerent. Sic *Suid.* v. ἀγυιαὶ (vt *Schol. Eurip.* Orest. 758. et *Eustath.* ad *Hom.* Il. β, p. 166. qui diserte ait, ῥύμην ita dici κοινῶς.) explicat vocabulo ῥύμη, *Phauorinus* κάστρον per παρεμβολὴ, et, in v. κίθουρις, βέρεθρον per ζέρεθρον, etc.

8) Modicus enim talium vsus vix effecisset, vt Macedonica dialectus a reliquis separaretur, quoniam, auctore *Eustathio*, (ad Odyss. τ, p. 1854, 35.) omnino γέμει διὰ τὰς ἐπιμιξίας μυρίων ἐθνικῶν λέξεων ἡ Ἑλλὰς γλῶσσα. cf. *Athen.* 3, p. 121. F. Caeterum non modo lingua Macedonum discreta fuit a reliquis Graeciae dialectis, vt a *Plutarcho* in vita Eumenis c. 14. sed

obsoletorum item vel nouorum, vocabulorum vsum, verum omnino propter diuersam a reliquorum Graecorum oratione loquendi rationem ac formam, quae vel in eo cernebatur, vt vocabulis notiones siue ob vetustatem siue ob nouitatem inusitatae tribuerentur 9),

ipsi adeo Macedones ita non habiti amplius sunt in numero τῶν Ἑλλήνων, vt illi his opponantur a scriptoribus, certe inuicem distinguantur. Sic *Ioseph.* archaeol. 12, 3, 1. Σέλευκος ὁ Νικάτωρ, ἐν αἷς ἔκτισε πόλεσιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ τῇ κάτω Συρίᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει Ἀντιοχείᾳ, πολιτείας αὐτοὺς (nempe Iudaeos) ἠξίωσε, καὶ τοῖς ἐνοικισθεῖσιν ἰσοτίμους ἀπέδειξε Μακεδόσι καὶ Ἕλλησιν. Et clarius etiam 18, 9, 8. οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν (Seleuciam) πολλοὶ τῶν Μακεδόνων, πλεῖστοι δὲ Ἕλληνες.

9) Sic ἄγημα, quae haud dubie est Aeolica forma pro ἥγημα, alias significabat τὸ προϊὸν τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων καὶ ἵππων καὶ πεζῶν, sed apud Macedonas τὸ ἄριστον τῆς συντάξεως, κραταιὸν ὁπλίσει καὶ σωμάτων εὐεξίᾳ. v. *Hesych.* *Suid.* et *Phau.* in h. v. *Aelius Dionysius* apud *Eust.* ad Od. α, p. 1399, 62. *Athenae.* 5, p. 194. F. 12, p. 539. F. *Polyb.* 5, 25. *Curt.* 4, 13, 26. *Leopard.* emendatt. 1, 23. — ἀγκαλὶς, quod fere significabat *fasciculum*, ἄχθος, quo sensu adhibuit *Nicostratus* ap. *Athen.* 14, p. 615. F. indicabat apud Macedonas *falcem*. v. *Hes.* et *Phau.* — ἀκόντιον apud reliquos Graecos significabat δοράτιον, μικρὰν λόγχην, apud Macedonas ῥάχιν. v. *Hes.* et *Phau.* — ἀορτὴς alias erat synonymum vocabuli ξιφιστὴς, a Macedonibus ita vocabatur ἄγγος δερμάτινον ἱματίων (ita enim apud *Hesych.* lego cum *Hemsterh.* ad *Poll.* 10, 139. pro δερμάτιον ἱμάτιον. cf. *Suid.* et *Phau.*) quam vim ei vocabulo tribuisse legitur *Posidippus* apud *Poll.* l. l. — δάνος, quod auctore *Plutarcho* de aud. poet. c. 5. Macedonibus idem erat quod θάνατος, in libris veterum nunc extantibus dicitur de *dono* vel *mutuo*, vt apud *Lycophr.* 269. 887. etc. in *Brunckii* analectt. T. III. nr. DCCLII. v. 9. Sirac. 29, 4. — κάραβος a ceteris Graecis dicebatur ἔδεσμα ὠπτημένον ἐπ' ἀνθράκων, sed a Macedonibus ἡ πύλη. v. *Hes.* et *Phau.* — παρεμβολὴ, quod proprie est *interiectio* et *interpositio*, tum etiam *castrensis ordinationis genus* significat, a Macedonibus ponebatur de *exercitu* et *castris* ipsis. (v. *Phryn.* p. 166.) *Pollux* 9, 15. licere ait iocanti etiam dicere παρεμβολὴν pro στρατόπεδον, cum recentiores nonnulli, vt *Theophilus* s. *Diphilus* et *Criton*, eo sic vsi sint. Eodem modo legitur apud *Clem.* *Alex.* stromm. 4, p. 521. D. et saepissime in versione Alexandrina, vt Gen. 32, 2. apud *Polyb.* vt 3, 73. 74. et *Plu-*

vel aliis modis apparebat. Macedones enim non solum et vocales [10]), et consonantes, vt β et φ [11]), δ et ϑ [12]),

tarch. Caes. 45. Galb. 27. — Vocabulo ῥύμη Athenienses indicabant τὴν ὁρμὴν, Macedones τὸν στενωπόν. v. paulo ante not. 7. *Phryn.* p. 180. et *Poll.* 9, 38. qui locos hanc in rem attulit e *Philippide* et *Laciade*, vbi tamen pro Λακιάδης haud dubie legendum est Λακιάδαις, vt sit fabulae Philippideae nomen Hoc praeclare iam animaduertit *Meurs.* in biblioth. Att. in v. Philippides. (Vol. II. opp. p. 855.) De *platea* legitur ῥύμη etiam Ies. 15, 3. Tob. 13, 18. Similiter apud *Polyb.* 6, 29.

10) vt ἀβροῦτες dicebant pro ὀφρῦς, (v. *Hes.* et *Phau.*) Ἀραντίσι pro Ἐριννύσι, (v. *Hes.* et *Phau.*) ζέρεϑρον pro βάραϑρον. v. not. 14.

11) Βέροια dicebant pro Φέροια, Βερενίκη pro Φερενίκη, Βίλιππος pro Φίλιππος, βαλακρὸς pro φαλακρὸς, βύκτης pro φύκτης, h. e. *ventus*, a verbo φυσᾶν, ἀβροῦτες pro ὀφρῦς, κεβαλὴ pro κεφαλὴ, βῶ pro φῶ, Βρύγες pro Φρύγες. v. *Etymol. M.* in v. Βέροια et Ἀφροδίτη, *Eustath.* ad Od. ι, p. 1618, 42. et κ, p. 1654, 17. *Steph. Byz.* in v. Βρίγες et Βέροια, (vbi addit βεβαλῖνον, pro quo non dubito quin legendum sit κεβαλῖνον, quod dictum sit pro κεφαλῖνον, qui est piscis ap. *Athen.* 7, p. 306. F.) it. *Suid.* in v. κεφαλὴ, in cuius libris editis Macedones dicuntur τὴν κεφαλὴν vocasse κέβην, quam lectionem mutandam esse in κεβλὴν, pro κεβαλὴν, h. e. κεφαλὴν, dudum viri docti ad *Hes.* in h. v. docuerunt e *Schol. Nicandri* ad Alexipharm. p. 67. cf. *Callimach.* fragm. CXL. Bentlei. *Suid. Etym. M.* et *Phau.* in v. ἀμερβὲς et ἀμορβὴς, qui tamen ibi hanc literarum β et φ permutationem non tribuunt diserte Macedonibus. De Phrygum appellatione praeterea insignis locus extat ap. *Herodot.* 7, 73. laudatus etiam a *Steph. Byz.* in v. Βρίγες. Verba sunt: οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Βρίγες χρόνον ὅσον Εὐρωπήϊοι ἐόντες σύνοίκουν Μακεδόσι· μεταβάντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην, ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ οὔνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας. Idem docent *Plin.* H. N. 5, 32. *Plutarch.* quaestt. gr. c. 9. et *Eustath.* ad *Dionys. Perieg.* 460. et 493. cf. *Plutarch.* in Bruto c. 45. *Phauor.* in v. Βρέκυν et βρι, et *Eust.* ad Od. α, p. 1395, 52. it. *Maittaire* de dialectt. p. 184. Sic Sirac. 36 (33), 19. in Cod. Alex. est βάρυγξ pro φάρυγξ.

12) ἐέλδω dicebant pro ἐϑέλω, (v. *Etym. M.* et *Phav.* in v. ἐέλδωρ et ἐέλδομαι) δάνος pro ϑάνατος, (de quo v. not. 9.) ἀδραιὰ pro αἰϑρία. v. *Hes.* et *Phau.* Cf. δώραξ in collectione vocabulorum Macedonicorum. Sic in Inscriptione Rosetana lin.

μ et π [13]), etiam alias, vt ζ et β [14]), inter se permutabant, verum etiam literas transponebant [15]), vel vocabulis literam aliquam inserebant [16]), vel in fine demebant [17]), vel nomina gentilia [18]) et tem-

6. recte legi μηνὸς Ξανδικοῦ, neque in Ξανθικοῦ mutandum esse, statuit *Villoison* in Seconde lettre sur l'Inscription grecque de Rosette p. 194. in *Millini Magasin encyclopédique* No. 6. an 11. et in Troisième lettre, ibid. No. 7. p. 332.

13) ἀμαλὸς dicebant pro ἁπαλός. (v. *Etym. M.* in h. v.) Hinc *Is. Vossius* ad *Pompon. Mel.* 2, 3. deriuat nomen Τέμπη a nomine τέμενος, quod contracte τέμμος et Macedonice atque Aeolice τέμπος dictum sit.

14) ζέρεθρον dicebant pro βέρεθρον s. βάραθρον. (v. *Eustath.* ad Od. μ, p. 1715, 38 et *Phau.* in v. βέρεθρον.) Idem *Eustath.* alio loco (ad Il. γ, p. 381.) talis literarum istarum permutationis exemplum laudat ex *Eurip.* Phoeniss. 45. et Rhes. 441. ἐπεζάρει pro ἐπεβάρει, et *Phauor.* in v. ἐπέβρισαν dubium esse ostendit, an Arcades vsi sint nomine ζέρεθρον. conf. not. 7. et 10. Etiam Δ Macedonice pro T positum fuit, si vera scripsit *Is. Vossius* ad *Pompon. Mel.* 2, 3. ab oppido Αἴγεια gentile esse Αἰγειάτης et forma Macedonica Αἰγειάδης. Item P pro T. v. ῥοῦτο in Collectione Macedonicorum.

15) Exempla sunt verba iam not. 12. commemorata ἔέλδω pro ἐθέλω, et ἀδραιὰ pro αἰθρία, item ἰνδέα, h. e. μεσημβρία, (v. *Hes.* et *Phau.*) pro ἐνδία. *Koen.* ad *Gregor.* l. l. p. 156. huc refert glossas *Hesychii* has: δρωκτάζεις (*Phau.* habet δροκτάζεις) pro δορκάζεις, δρίφακτος ex δίφραξ. Certe Syracusanos δρίφος dixisse pro δίφρος, tradit *Etym. M.* in h. v.

16) vt κ, in vocabulo ἀκηδία pro ἀηδία, v. *Etym. M.* it. *Suid.* et *Phau.* in h. v. qui laudant hanc in rem Ps. 142, 4. vbi ἠκηδίασεν permutatur cum ἐταράχθη. Nomen ἀκηδία sic legitur Ps. 118, 28. Ies. 61, 3. Sirac. 29, 5. Maxime vero interponebatur litera τ, vt in ἀβροῦτες pro ὀφρῦς, Ἀραντίσι pro Ἐριννύσι. v. not. 10. Quo haud dubie pertinet verbum illud δρωκτάζειν pro δορκάζειν. Caeterum nec reliquis Graecis inusitatam fuisse interpositionem literae κ, colligi potest ex *Eustath.* ad Od. α, p. 1393, 29.

17) Huius generis est illa nominum in ης desinentium terminatio in α, de qua v. not. 5.

18) Sic cives oppidi Δῖον vocabant Διαστὰς, cum reliqui Graeci dicerent Διεῖς. Eodem modo dicebatur a Macedonibus Ὀρεσταὶ et Λυγκισταί. v. *Steph. Byz.* in v. Δῖον.

pora verborum [19]) peculiari modo formabant, vel denique spiritum asperum in lenem mutabant [20]). Possit etiam ad Macedonum dialectum referenda videri genitiuorum in ος desinentium efformatio in nominatiuum, qualis est in δρίφακτος, quod modo (not. 15.) allatum est, e genitiuo δίφρακος nominis δίφραξ. Certe *Phryn.* p. 128. et *Pollux* 5, 91. damnant nominatiuum τὸ σκάτος, ortum e genitiuo τοῦ σκατὸς a nomine σκώρ. At quo minus id recte fieri putemus, impedimur huius rationis frequentia in optimis scriptoribus, et verbis *Phauorini* [21]): πολλαὶ τῶν εἰς ος ληγουσῶν γενικῶν ἀναδρομὴν πάσχουσιν εἰς εὐθεῖαν, οἷον· Τρὼς, Τρωός· ὁ Τρωὸς, ἤγουν Τρωϊκός· ἐξ οὗ καὶ Τρωαὶ ἵπποι, αἱ Τρωϊκαί. δμὼς, δμωὸς, ὁ δμωός· δοῦλος. ἀφ' οὗ καὶ δμωαὶ, αἱ δουλίδες. etc. Eodem modo Latini veteres dixerunt *Apollinis*, *carnis*, *celeris*, *concordis*, *discordis*, *fulminis*, *gruis*, *memoris*, *mentis*, *oscinis*, *pedis*, *plebis*, *sanguinis*, *scrobis*, *senis*, *supellectilis*, *turturis*, *volpis*, pro *Apollo*, *caro*, *celer*, *concors* etc. [22])

COLLECTIO VOCABVLORVM MACEDONICORVM

in qua etiam sunt nonnulla ex iis, quibus *Alexander M.*, et *Amerias*, Macedones, et *Menander*, (de quo v. not.

19) Sic *Phauorin.* e Philippi Macedonis epistolis notauit formam singularem ἀγκόχασι pro ἤνεγκαν.

20) vt in ἄγημα pro ἥγημα, ἀμαλὸς pro ἁπαλός. v. not. 9. et 13.

21) in v. γενικὴν, vel potius *Eustathii* ad *Hom.* Il. α, p. 114. cf. idem *Phauorin.* in v. διάκτορος, vbi exscripsit *Eustathii* verba ad Od. α, p. 1393, 23. Caeterum *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 132. Ionicam dicit hanc rationem, *Gregorius* de diall. p. 278. Aeolicam. vbi *Koenius* multa huius generis exempla collegit. Add. *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1416, 50.

22) v. *Iani Laurenbergii* antiquarius (Lugd. 1622. 4.) p. 70. 100. 138. 272. 273. 447. 448.

6.) leguntur vsi esse. Alia Menandrea inferius afferenda putaui, inprimis §. 12. Quae Ameriae tribuuntur, ea, cum dubitanter commemorauerim, sciens eum glossographum fuisse, atque adeo omnino vocabula obscuriora explicasse, pleraque omnia vncinis inclusi.

ἄβαγνα· ῥόδα. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauorin.* v. *Ioh. Vit. Perger.* annotatt. et emendatt. in Hesychium, quae extant in *Ioh. Chph. Wolfii* anecdot. Graec. T. IV. p. 173.

ἀβαρκνᾷ· κομᾷ. οὕτω Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phav.* Scilicet ab ἁβρὸς est ἄβρακνος, et per metathesin ἄβαρκνος.

ἀβαρύ· ὀρίγανον. Μακεδονία. *Hesych.* et *Phau.* Nempe origanum dictum est ἀβαρὺ, quod sit *minime grauis odoris*, quae est sententia *Küsteri.* Cf. *Harkenroth* sicilim. ent. ex Hesychii glossis, in Miscell. Obss. Vol. X. p. 315.

ἀβλόει· σπεῖσον, σπένδε. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phavor.* Videtur esse rursus metathesis pro ἀβόλει. Nam ἀβολῆσαι *Hesychius* interpretatur ἀπαντῆσαι. Sed tum cum *Pergero* legendum est σπεῦσον, σπεῦδε.

ἄδδαι· ῥυμοὶ, ὑπὸ Μακεδόνων. *Hesych.* et *Phavor.* Immo legendum est ῥύμαι, vt intelligantur *plateae.* v. not. 9.

ἀδῆ· οὐρανός. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.* Prooemium orationis dominicae in lingua Macedonum fuisse: πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τῷ ἀδῆ, e *Schotani* dissertatione de vero sensu articuli, *Descendit ad inferna,* refert *Albert.* ad *Hesych.* Cf. *Colomesii* κειμήλια literaria c. 28. et *Harkenroth* l. l. p. 327.

ἄδισκον· κυκεῶνα. Μακεδόνες. Placet *Pergeri* coniectura ἀδίοκον, h. e. ἡδὺ ἄκος, *dulce remedium.* Sicut enim ἀβροῦς pro ὀφρὺς, (v. not.

10.) ita etiam ὄκος Macedones pro ἄκος dicere potuere.

αἰγίποψ· ἀετὸς, ὑπὸ Μακεδόνων. *Etymol. M.* et *Phauorin.* Sed iam *Sylburgius* verius putabat αἰγύποψ.

ἀκρατεύεσθαι, quod *Phrynichus* p. 192. minus probum esse docet, quam οὐκ ἐγκρατεύεσθαι, vsurpauit *Menander*, etiam *Aristoteles* ethic. 7, 6.

ἀκρέα· παῖς θήλεια. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phavor.* Sed *Etymol.* legit ἀκραία, quod praefero. Similis varietas apparet infra in v. κάρπεα vel potius καρπέα.

ἀκρουνοί· ὅροι, ὑπὸ Μακεδόνων. *Hesych.* et *Phavor.* Interprete *Is. Vossio* sunt *nudi vertices, in quibus ne steriles quidem comparent arbores.* Nam κροῦναι, auctore *Hesychio*, sunt τὰ ἄφορα δένδρα.

ἄλιζα· ἡ λεύκη τῶν δένδρων. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.* Iterum mihi non contemnenda videbatur *Pergeri* opinio, scribendum esse ἄλιξα, pro ἀλίσκα, h. e. ἄλις σκιᾶς παρέχουσα, et ἡ λεύκη, τὸ δένδρον, vt *populus alba* intelligatur. Cf. paulo post ἄξος.

ἀλίη· κάπρος. Μακεδόνες. *Hesych.* Haec ego vitiosa putabam. *Sopingius* coniicit quidem κόπρος. Et sane vocabulo ἀλίη cognata videntur ἀλέρον· κόπρον. item ὄλερον· βορβορῶδες. it. θολερόν· ἀκάθαρτον, βορβορῶδες. it. ἀλαρῦναι· ῥυπᾶναι. Sed tamen ne sic quidem sanata sunt omnia. Saltem terminatio Ionica nullo modo mihi probatur, quanquam ordo literarum apud *Hesychium* postulat η, non α.

ἀνθεμουσία· τάγμα τι παρὰ Μακεδόσιν. *Phauorin.* Sed *Hesychius* bene addit: ἐξ Ἀνθεμοῦντος, πόλεως Μακεδονίας. quae non praetermittere *Phauorinus* debebat.

ἄξος· *ὕλη*, *παρὰ Μακεδόσιν*. *Hesych.* et *Phauor.* Putat *Pergerus*, *ἄξος* dictum esse pro *ἄσκιος*, i. e. *πολύσκιος τόπος*. Cf. supra *ἄλιζα*. Sed v. etiam reliquos interpp. Hesychii. Caeterum a nomine *ἄξος* descendit fortassis nomen *ἀξίνη*, *securis*, cuius in caedendis arboribus vsus est.

ἄργελλα· *οἴκημα Μακεδονικὸν*, *ὅπερ θερμαίνοντες λούονται*. *Suid.* Eodem modo legendum est in libris *Phauorini*, vbi male editur: *ὅθεν βαίνοντες ἐν αὐτῷ λούονται*. Caeterum potest haec glossa ab iis adhiberi, qui Latinum verbum *vro* ortum arbitrantur ex *ἄρω*. Sic *ἀργὴς* est *fulmen*. Cf. *Lennep.* etymologicum linguae Graecae T. I. p. 157.

ἀργιόπους· *ἀετός*. *Μακεδόνες*. *Hesych.* et *Phauor.*

ἀργυράσπιδες· *τάγμα τι στρατιωτικὸν*, *ὑπὸ Ἀλεξάνδρου*. *Hesych.* et *Phauorin.* Cf. *Poll.* 1, 175. *Athenae.* 5, p. 194. D. *Polyb.* 5, 79. *Diodor. Sic.* 19, 28. *Liv.* 44, 41. *Curt.* 4, 13, 27. Caeterum hoc nomen, quod ad formam attinet, non discrepare ab vniuersa Graecae linguae analogia, neque adeo hactenus Macedonicae proprium existimandum esse, per se patet cuique. Eadem est nominum *χρυσάσπιδες* et *χαλκάσπιδες* ratio, atque etiam aliorum quorundam.

Ἄρητος· *Ἡρακλῆς*, *παρὰ Μακεδόσιν*. *Hesych.* et *Phauor.* Opinatur quidem *Alberti*, Herculem ita dictum fuisse, quia *ἄρητος* etiam significauerit *τὸν βλαβερὸν*, vt paulo ante *Hesychius* exposuerat. Sed paene magis placet, vt *Ἄρητος* proprie fuisse putetur genitiuus nominis *Ἄρης*, omisso nomine *υἱὸς*, sed deinde in nominatiuum abiisse (qua de re in fine huius paragraphi exposui), quo Macedones *κατ᾽ ἐξοχὴν* de Hercule vsi sint.

ἀρκόν· *σχολήν*. *Μακεδόνες*. *Hesych.* et *Phauor.* Nimirum proprie videtur adiectiuum fuisse, ortum ex *ἀργόν*.

ἀροπάνοι. οἱ ἐν Ἀλεξάνδρου ἐπιστολαῖς. *Hesych.* sed nullo interpretamento addito, ita vt, quales fuerint, sciri non possit.

ἀρφύς· ἱμάς. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.* Facile id deriuaueris a verbo ἄρειν, *nectere.*

ἄσπιλος· χείμαῤῥος, ὑπὸ Μακεδόνων. *Hesych.*

ἄσπρις, auctore *Theophrasto* hist. plantar. 3, 10. τοῖς περὶ Μακεδονίαν fuit quercus species, *cerrus*, vt *Theod. Gaza* interpretatur, sed improbante *Salmasio* in exercitatt. Plin. p. 236.

βαβρήν· ὑπόστασις ἐλαίου, κατὰ Μακεδόνας. *Hesych.* et *Phauorin.*

(βαδάς· κίναιδος. ὡς Ἀμερίας. *Hesych.* et *Phavor.* Sed *Is. Vossius* legit Βαγώας, de quo, praeter alios, v. *Athenae.* 13, p. 603. B.)

(βαθάλη· κρήνη. Ἀμερίας. *Hesych.* et *Phauor.* Sed *Suidas* dicit, esse nomen proprium, et nomen *Ameriae* omittit.)

βασιλίννα pro βασίλεια vel βασίλισσα dixit *Menander.* v. *Eustath.* ad *Hom.* Odyss. α, p. 1425, 40. et ex eo *Phauorin.* in v. βασιλεύς. Cf. *Suid.* in v. παίσωμεν, et infra §. 12.

βατάρα· πυκλιή. Μακεδόνες. *Hesych.* vbi pro πυκλιὴ *Vossius* legendum putabat πυετίη, *Albert.* κοτύλη, equidem πυελίς. Saltem πατάρα auctore *Steph. Byz.* est ἄγγος vel κίστις. Sed πύελος est ἔμβασις, ὄρυγμα, ἐμβατὴ, ἔνθα ἀπολούονται (v. *Schol. Aristoph.* Equit. 1057. et *Suid.*), et πυελὶς teste *Suida* aliisque est σφραγιδοφυλάκιον.

βέθυ a Macedonum sacerdotibus vocatus est *aer.* v. *Neanthes Cyzicenus* apud *Clem. Alex.* stromm. 5, p. 569. C.

βηματίζειν· τὸ τοῖς ποσὶ μετρεῖν. ἔστι δέ πως ἡ λέξις Μακεδονική. *Hesych.* et *Phauor.* Legitur sic apud *Polyb.* 3, 39. et 34, 12. Vnde *Baeton*, qui scripserat Σταθμοὺς τῆς Ἀλεξάνδρου πο-

ρείας, apud *Athenae.* 10, p. 442. B. vocatur ὁ Ἀλεξάνδρου βηματιστής. Et *Strabo* 7, p. 322. D. vbi de via in Macedoniam loquitur, eleganter dicit: ὁδὸς βεβηματισμένη κατὰ μίλιον.

βίῤῥοξ· δασύ. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.*

γάρκαν· ῥάβδον. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.* Ex γάρκα est Latinum *virga.*

γητικά. παρὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιστολαῖς (ita enim, vel ἐν ἐπιστολαῖς, pro ἐπιστολαὶ legendum est), ποτήρια οὕτω καλούμενα. *Hesych.* et *Phauor.*

γόδα· ἔντερα. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.*

γοτάν· ὗν. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.*

(γράβιον· τὸν φανὸν Ἀμερίας. v. *Athenae.* 15, p. 699. E. et *Eustath.* ad *Hom.* Odyss. η, p. 1571, 14.)

γῶπας· κολοιούς. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.*

δανῶν· — κτείνων. Μακεδόνες. *Hesych.* De cognato substantiuo δάνος v. not. 9. et 12.

Δάῤῥων· Μακεδονικὸς δαίμων, ᾧ ὑπὲρ τῶν νοσούντων εὔχονται. *Hesych.* et *Phauor.*

δάρυλλος· ἡ δρῦς, ὑπὸ Μακεδόνων. *Hesych.* et *Phauor.*

διακόνιον. Ἀμερίας διακόνια τὰ κατὰ τὴν εἰρεσιώνην τῷ Ἀπόλλωνι πλασσόμενα πέμματα. *Suid.* Habet hoc vocabulum *Pherecrates* apud *Athenae.* 14, p. 645. A.

δράμις. οἱ γλωσσογράφοι ἄρτων ὀνόματα καταλέγουσι. Σέλευκος μὲν δράμιν, ὑπὸ Μακεδόνων οὕτως καλούμενον. *Athenae.* 3, p. 114. B.

δρῆες· στρουθοί. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.*

δώραξ· σπλὴν, ὑπὸ Μακεδόνων. *Hesych.* et *Phauor.* Fortassis cognatum est nomini θώραξ. v. not. 12.

ἐλάνη ἡ λαμπὰς καλεῖται, ὡς Ἀμερίας φησί. *Athenae.* 15, p. 701. A.

ἔμβαρος· ἠλίθιος, μωρός. ἢ νουνεχής. Μένανδρος. *Hesych.* et *Phauor.* Pro ἢ *Heinsius* iubet

μὴ legi, vt μὴ νουνεχὴς non aliud quid significet, quam glossemata praecedentia. Sed mihi videtur *Hesychius* indicare voluisse, interdum ἔμβαρον esse *stultum*, vt in prouerbiorum appendice Vaticana (v. Prouerbia Graeca ab *Andr. Schotto* Antuerp. 1612. 4. edita) 1, 60. Cf. *Erasm.* chill. 3, 10, 81. *Menandrum* vero eodem vocabulo vsum esse de homine *prudente et versuto.* v. *Eustath.* ad *Hom.* Il. β, p. 331. qui ἔμβαρος explicat verbis νουνεχὴς, φρόνιμος.

ἔνδυο· τὸ ταχέως. Μένανδρος. *Suid.* et *Phauor.*

ἐξαλλάξαι· ἀντὶ τοῦ τέρψαι. Μένανδρος. *Suid.* et *Phauor.* Pro τέρψαι *Kusterus* coniicit τρέψαι. At si hoc verum esset, vix opus erat glossemate ad glossam ἐξαλλάξαι. Accedit, quod *Phrynichus* p. 160. Menandrum ait verbo ἐξαλλάξαι vsum esse pro τέρψαι καὶ παραγαγεῖν εἰς εὐφροσύνην.

Ἔορτος, ἢ Ἔορδος· Μακεδών. ἀπὸ ἔθνους. *Hesych.* et *Phauor.* Ἐορδοὶ, οἱ Μακεδόνες. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 1342. Sed ab *Herodoto* 7, 185. Ἐορδοὶ et Μακεδόνες distinguuntur. Cf. *Thucyd.* 2, 99. et quos praeterea laudant Hesychii interpretes.

(ἐπήβολος· ἀσφαλής. οὕτω καὶ Ἀμερίας ἀπέδωκεν ἐν ταῖς γλώσσαις. *Schol. Apollon. Rhod.* 2, 1284. Alias est i. q. ἐπιτυχὴς, teste eodem Scholiasta ad 1, 694. Cf. *Hesych.*)

ἐπιδειπνίς· Μακεδονικὸς κώθων. *Hesych.* et *Phavor.* Pro Μακεδονικὸς *Meursius* miscell. Lacon. 1, 14. (Vol. III. p. 138. F.) rescribendum putat Λακωνικός. Haud dubie temere. Immo quod apud Lacedaemonas κώθων, idem apud Macedonas fuit ἐπιδειπνίς. *Athenaeus* 14, p. 658. E. dicit, hoc vocabulo a Macedonibus *bellaria* omnis generis significari, additis his verbis: κώθωνος γὰρ ἡδύσματα ταῦτα. atque deinde p. 664. E.

ipse eodem nomine sic vtitur: τὰ παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις ἐπαίκλεια, ὃ σημαίνει τὰς ἐπιδειπνίδας. Similiter paulo post: τὸ τοιοῦτον δεῖπνον οἱ μὲν Ἀττικοὶ προςηγόρευον ἐπιδόρπισμα· οἱ δὲ Δωριεῖς ἐπάϊκλον· τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων οἱ πλεῖστοι ἐπίδειπνα. Qui locus nouo argumento est iis, quae not. 7. scripsi. Sic *Hesychius* quoque nomen ἐπιδορπίσματα interpretatur nomine ἐπίδειπνα. Nisi quis formam ἐπιδειπνὶς tantum Macedonicam esse putauerit. Caeterum etiam *Martialis* 11, 32. habet *epidipnidas.*

ἐρκῖται. Ἀμερίας ἐρκίτας φησὶ καλεῖσθαι τοὺς κατὰ τοὺς ἀγροὺς οἰκέτας. *Athenae.* 6, p. 267. C. Cf. *Hesych.* in v. ἐρκῆται, ibique interpp.

Ἐστερικαί. κύνας (a quibus Euripides dilaceratus est) τῇ πατρῴᾳ φωνῇ Ἐστερικὰς καλοῦσιν οἱ Μακεδόνες. *Steph. Byz.* in Βορμίσκος.

ἑταῖροι, equitum genus apud Macedonas. *Athenae.* 5, p. 194. E. Pedites eiusdem generis vocabantur πεζέταιροι. v. infra.

Ζειρήνη· Ἀφροδίτη, ἐν Μακεδονίᾳ. *Hesych.* et *Phauor.* Sic σίρβηνον, iisdem auctoribus, fuit πόπανόν τι, ὃ παρετίθετο τῇ Ἀφροδίτῃ. Quare nomen σίρβηνον vix dubium est quin et ipsum fuerit Macedonicum.

ζιβύνη, v. σιγύνη.

ἡδυλίζειν. *Eustath.* ad *Hom.* Odyss. α, p. 1417, 21. et *Photius* apud *Albert.* ad *Hesych.* in v. ἡδυλίσαι· ἡδυλισμὸς εἶδός τι κολακείας ἐστὶν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἡδυλίζειν παρὰ Μενάνδρῳ.

Θαῦμος, ἢ Θαῦλος· Ἄρης, Μακεδόσι. *Hesych.* et *Phauor.*

θέρμα. οὕτως ὁ Μένανδρος διὰ τοῦ α, ἀλλ' οὔτε Θουκυδίδης, οὔθ' ἡ ἀρχαία κωμῳδία, οὔτε Πλάτων, θέρμη δέ. *Phrynich.* p. 146.

Θούριδες· Νύμφαι, Μοῦσαι. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.*

ἴλεξ· ἡ πρῖνος, ὡς Ῥωμαῖοι, καὶ Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.*

κάγχαρμον· τὸ τὴν λόγχην ἄνω ἔχειν. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.* Optime de hac glossa exposuit *Guyetus* ad *Hesych.*

καλαῤῥυγαί· τάφροι. Ἀμερίας. *Hesych.* et *Phau.*

καμαστίς· μέτρόν τι. Ἀμερίας. *Hesych.* et *Phau.*

κανδύταλις· τῷ κιβωτίῳ παραπλήσιόν τι σκεῦος, οὗ μέμνηται καὶ Μένανδρος. — ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τὸ σκεῦος Περσικὸν, ἀπὸ τοῦ κάνδυος κληθέν· εἰς χρῆσιν δ' αὐτὸ ἤγαγον Μακεδόνες. *Pollux* 10, 137.

κάρπεα· ὄρχησις Μακεδονική. *Hesych.* Sed in libris *Suidae* et *Xenoph.* anab. 6, 1, 4. et *Athenaei* 1, p. 15. F. legitur καρπαία. *Phauorinus* habet formam vtramque. Eandem omnino varietatem notaui in v. ἀκρέα. Cf. Lexicon Xenophont. in v. καρπαία.

καταπέλται Μακεδονικοί. *Pollux* 1, 139. Habet hoc nomen *Polyb.* 1, 53. 5, 88. 11, 12. et καταπελτικὰ ὄργανα καὶ βέλη 11, 11.

καταφαγὰς male *Menandrum* dixisse pro κατωφαγὰς vel φαγὰς, ait *Phrynichus* p. 190. Cf. *Poll.* 6, 40. vbi *Kühnius* monuit, in Gloss. vett. nomen καταφαγὰς reddi Latinis *ganeo, gulator.* Cf. etiam *Nunnes.* ad *Phrynich.*

καυσία· πῖλος Μακεδονικὸς παρὰ Μενάνδρῳ. *Pollux* 10, 162. καυσία ἦν κάλυμμα κεφαλῆς Μακεδονικὸν ἐκ πίλου (i. e. *e lana coacta*). *Eustath.* ad *Hom.* Il. β, p. 255, 1. Cf. quae idem scripsit ad Odyss. α, p. 1399, 3. et *Valckenar.* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 345. Vtuntur nomine καυσία *Antipater Thessalonic.* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 111. nr. X. *Polybius* 4, 4. *Herodianus* 4, 8, 5. *Plutarchus* in Amatorio c. 16. *Plautus* Mil. Glor. 4, 4, 43. et Persa 1, 3, 75.

κίβεῤῥοι, vel potius, literarum ordine postulante, *κίκεῤῥοι· ὠχροί. Μακεδόνες. Hesych.*

Κλώδονες· αἱ Βάκχαι τοῦ Διονύσου, παρὰ Μακεδόσιν. *Suid.* et *Phauor.* Κλώδονας οἱ Μακεδόνες τὰς Μαινάδας καὶ Βάκχας καλοῦσιν. ἴσως ἀπὸ τοῦ κατόχους γινομένας κλώζειν, ὅ ἐστι τὸ διὰ τῶν στομάτων ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖν, καὶ θορυβεῖν. *Etymol. M.*

κοῖος. ἡ Λητὼ, Κοίου ἐστὶν θυγάτηρ. Μακεδόνες δὲ τὸν ἀριθμὸν κοῖον προσαγορεύουσι. *Athenae.* 10, p. 455. D. qui inde explicat griphum, in quo erat: *μήτηρ δ' ἔστ' ἀριθμοῖο παΐς.* Sane Latona dicitur Κοιογένεια. v. *Apollon. Rhod.* 2, 710. et *Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Del. 150.

κολλυβιστὴς ἐπὶ τοῦ ἀργυραμοιβοῦ. — Μένανδρος. *Phrynich.* p. 192. Dicit quidem *Pollux* 7, 170. nomine *κολλυβιστὴς* *Lysiam* vsum esse in oratione de sacro tripode. Sed cum constet, hanc orationem esse in iis, quae an a Lysia profectae sint dubitatur, (v. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. II. p. 770. ed. *Harles.*) cum locus *Pollucis* interpolatus videatur, (v. *Kühn.*) cum etiam alii grammatici nomen *κολλυβιστὴς* damnent, vt *Thom. Mag.* p. 109. et 539. et *Moeris* p. 54. cum denique vix illud nisi in libris N. T. eorumque interpretibus Graecis legatur, vt Marc. 11, 15. vbi v. *Heupelius:* mihi recte secutus videor sententiam Phrynichi.

κομμάραι, ἢ *κομάραι· καρίδες. Μακεδόνες. Hesych.* et *Phauor.* nisi quod in hoc editur *κομμιάραι* pro *κομμάραι.* Vocantur etiam *κάμμοροι*, vt ab *Epicharmo* et *Sophrone* apud *Athenae.* 7, p. 306. C. vel *κάμμαροι.* v. *Hesych.*

κοράσιον. Hoc nomen in numero eorum, quae Macedonica siue Alexandrina habenda essent, iam olim posueram, ob verba *Pollucis* 2, 17. *τὸ κοράσιον εὐτελές.* Et *Phrynichi* p. 24. *κόριον*, ἢ *κορίδιον*, ἢ *κορίσκη λέγουσι· τὸ δὲ κοράσιον*;

παράλογον. Add. *Thom. Mag.* p. 548. Videram enim, non alios, qui hoc nomine vsi essent, laudari auctores potuisse a *Kypkio* Obs. in N. Test. T. I. p. 52. a *Sallierio*, *Trillero* et *Wittero* ad *Thom. Mag.* aliisque harum rerum studiosis, quam *Arrianum* in dissertationibus Epicteteis, *Diogenem Laertium*, et *Lucianum*, sed saepe legi in versione Alexandrina, vt Ruth. 2, 8. 3, 2. 1 Reg. 9, 11. Zachar. 8, 5. Susan. 15. et in N. T. vt Matth. 9, 24, 14, 11. Add. *Symmach.* Gen. 24, 61. et *Plutarch.* de cupiditate diuitiar. c. 10. vbi sunt περιδέραια καὶ θεάματα κορασιώδη. Nam quod in epigrammate *Platoni* tributo apud *Diog. Laert.* 3, 33. κοράσια extant, id vero me mouere non potuit, quia illud epigramma omnino Dorice scriptum est. Nunc accedit *Scholiastae Homer.* a *Villoisonio* editi auctoritas, qui ad Il. υ, 404. diserte haec praecepit: τὰ διὰ τοῦ ιος, εἰ μὲν τὸ πρωτότυπον εἰς ος ἔχει, διὰ τοῦ ησιος· Ἰθακὸς, Ἰθακήσιος· Βροτήσιος· Ἐτήσιος· εἰ δὲ τρέποιτο τὸ η τοῦ πρωτοτύπου εἰς α παρὰ Δωριεῦσι, διὰ τοῦ α· Πρυμνάσιον, Κορυφάσιον· οὕτως ἔχει καὶ τὸ Κοράσιον, ὃ μᾶλλόν ἐστι Μακεδονικόν. Adde quod *Hesychius* et *Suidas* nomine κοράσιον interpretati reperiuntur vocabulum κόριον.

κυνοῦπις· ἄρκτος. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.* Scilicet linguae ratio postulabat κυνῶπις.

κώρυκοι. Ἡγήσανδρος τὰς τραχείας φησὶ κόγχας ὑπὸ μὲν Μακεδόνων κωρύκους καλεῖσθαι, ὑπὸ δὲ Ἀθηναίων κρείους. *Athenae.* 3, p. 87. b. Pro κρείους *Hesych.* in v. κριὸς habet κριούς. Cf. *Plin.* H. N. 32, 7.

λακεδάμα· ὕδωρ ἁλμυρὸν, ἁλσὶ πεποιημένον, ὃ πίνουσιν οἱ τῶν Μακεδόνων ἀγροῖκοι. *Hesych.* et *Phauor.* Glossam istam *Vossius* scribi iubebat λακέδαλα.

λήθαργος pro ἐπιλήσμων dixit *Menander*, teste *Phrynicho* p. 180. Etiam *Meleager* eo sic vsus est, in *Brunckii* analectt. T. I. p. 17. n. LV. v. 5. et p. 26. n. XC. v. 3. Pro substantiuo λήθη legitur apud *Lycophr.* 241. Vnde adiectiuum ληθαργικὸς in *Brunckii* analectt. T. III. p. 238. n. CCCCXI.

(λισσός. 'Αμερίας ἐν γλώσσαις λισσὸν τὸ ὑψηλὸν ἀποδίδωσιν. *Schol. Apollon. Rhod.* 2, 384. Cf. *Etymol. M.* p 567, 13.)

ματτύα siue ματύλλη, v. not. 6. Apud *Hesychium* ματτυεῖς dicitur esse φωνὴ Μακεδονικὴ, sed viri docti malunt ματτύαι et Μηδική.

Ξανθικά· ἑορτὴ Μακεδόνων, Ξανθικοῦ μηνὸς ἡ (*octauo die*) ἀγομένη. ἔστι δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων. *Hesych.* et *Phauor.* Sed in huius libris scribitur male per τ. v. paulo post in mensibus Macedon.

πεζέταιροι, genus militum Macedonicorum. *Pollux* 1, 175. Cf. ἑταῖροι. Originem nominis ab Alexandro M. deducunt *Anaximenes* apud *Suidam*, et *Arrianus* de expedit. Alex. 2, 4. Sed Philippo iam milites hoc nomine fuisse patet e *Demosth.* Olynth. 2, p. 23, 2. aliisque. v. *Meurs.* Attic. lectt. 2, 11. (Vol. II. opp. p. 1080 sq.) et interpp. *Hesychii* in v. πεζετέροις. Nam sic quoque, et πεζαίτερος, quanquam vtrumque perperam, scribitur.

πέλα· λίθος. *Hesych.* v. paulo post πέλλης.

πελλαιόν· φαιὸν, καὶ Μακεδονικόν. *Hesych.* Sed glossema Μακεδονικὸν haud dubie pertinet ad omissam glossam Πελλαῖον, cum Πέλλα sit oppidum Macedoniae. *Suidas:* Πελλαῖον, ὄρος. καὶ Πελλαῖος· ὁ ἐκ Πέλλης, πόλεως Μακεδονίας.

πέλλης masculine et πέλλη feminine, (v. *Etymol. M.* p. 659, 36. et 38.) *bos fuscus, subniger.*

Quam notionem vocabulo in dialecto Macedonica subiectam fuisse docent haec *Vlpiani* ad *Demosth.* de fals. legat. p. 376. B. ed. Frcf. 1604. fol. Πέλλη δὲ, πατρὶς Φιλίππου, ἐκλήθη διὰ τὸ ὑπὸ βοὸς εὑρῆσθαι τὴν προσηγορίαν, πέλλης τὸ χρῶμα, ὅ ἐστι τεφρῶδες κατὰ τὴν Μακεδόνων φωνὴν, ἢ παρὰ τοὺς πέλας, τοὺς λίθους, κατὰ τὴν Μακεδόνων φωνήν. v. *Spanhem.* preuves des remarques sur les Césars de l'Empereur *Julien* p. 72. ed. Amst. 1728. 4.

Περιπέτεια· Μακεδονικὴ ἑορτή. *Hesych.* Sed glossa haud dubie laborat vitio. v. interpp.

πέχαρις· ἔλαφος. Ἀμερίας. *Hesych.* et *Phauor.*

ῥάμματα· βοστρύχια, σταφυλίς. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.*

ῥοῦτο· τοῦτο. Μακεδόνες. *Hesych.* et *Phauor.* Sed fortassis scribendum est: ῥοῦτος· οὗτος.

σάρισσα· δόρυ μακρὸν, εἶδος ἀκοντίου Ἑλληνικοῦ, σπάθη βαρβαρική. Μακεδόνες. *Hesych.* Similiter *Phauorin.* et *Poll.* 1, 138. Sed pro Ἑλληνικοῦ non dubium est quin Μηδικοῦ vel Περσικοῦ sit ponendum, vt nomen a כרים habeat. Eunuchorum enim summa fides erat in custodiendo rege. Idem tamen *Pollux* 10, 143. σαρίσσας inter arma reliqua recenset sic, vt linguae Macedonicae non meminerit. Saepe hoc hastarum genus memoratur in veterum libris, non solum Graecorum, vt *Plutarchi* in Eumene c. 14. extr. *Polyb.* 2, 69. etc. sed etiam Latinorum, vt *Curtii* 7, 4, 36. qui idem 4, 15, 13. memorat *sarissophoros*, et explicat *hastatos.* Sic *Festus:* Sarissa, hasta Macedonica. Omnino v. *Ioh. Bapt. Crophii* antiquitates Macedon. (quae fuit dissertatio, praeside *Ioh. Andr. Schmidtio* habita, atque edita Ien. 1682. 4. sed deinde inserta *Gronouii* thes. antiquitt. Graec. Vol. VI. p. 2859—2938.) 3, 5.

Σαυᾶδαι, Σαῦδοι. Ἀμερίας τοὺς Σειληνοὺς οὕτω καλεῖσθαί φησιν ὑπὸ Μακεδόνων. *Hesych.* et *Phauor.* Sic Δευάδαι· οἱ Σάτυροι, παρὰ Ἰλλυριοῖς. Iidem.

σαυτορία· σωτηρία. Ἀμερίας. *Hesych.* et *Phau.*

σιγύνη, καὶ σιγύνους· τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν. *Suid.* et laudat epigramma (*Antipatri Sidonii*, in *Brunckii* analectt. Vol. II. p. 8. extr.): τήνδε παρ' Ἡρακλεῖ θῆκέ με τὴν σιγύνην. vbi *Brunck.* in lectt. p. 122. e Cod. Ms. praefert τόνδε τὸν — σιβύνην. Omnino enim varie scribitur nomen, σιβύνη, ζιβύνη, συβίνη, ζηβήνη, σίγυμνον, σίγυννος, σίγυννον, quae omnia videntur idem plane significare, quod σιγύνη, quanquam σιβύνη a *Suida* vocatur ἀκόντιον Ῥωμαϊκὸν, *Sibynae* ab *Ennio* apud *Festum* Illyriis tribuuntur, et σίγυνον apud *Aristot.* poet. c. 21. p. 154. dicitur esse vocabulum Cypriorum, vt σίγυνος siue σίγυννος ap. *Schol. Apollon.* 2, 99. et *Etymol. M.* p. 712, 22. et *Phauorin.* et *Eustath.* ad *Hom.* Il. β, p. 344. vbi etiam σίγυμνον scribi dicitur. Idem ad Odyss. ζ, p. 1554, 15. κοινότερον dici ostendit ζιβύναις, quam σιβύναις. Scilicet origine quidem Persicum vel Syriacum vocabulum esse valde verisimile est: (v. interpp. Hesych. in v. ζιβήνη) sed illud per varias Asiae gentes in Europam migrantes primo in Thracia et Illyria vsu receptum fuisse, partim ex *Ennii* loco laudato, partim ex *Apollon. Rhod.* 4, 320. colligimus, vbi Σίγυννοι dicuntur Thraciae populi, et vbi *Schol.* dicit: ἔστι δὲ καὶ σίγυννος εἶδος δόρατος, παρώνυμον τῷ ἔθνει. Hinc autem quam facile inferri in linguam Macedonicam seu communem potuerit, quilibet perspicit. Quare non mirum est, haec vocabula passim reperiri in libris scriptorum, quos post Alexandri M. aetatem vixisse constet, vt σιγύνη apud *Oppian.*

cyneg. 1, 152. (vbi tamen, quia est in accusatiuo, *σιγύνην*, dubium est, an sit a nominatiuo *ὁ σιγύνης*.) *σίγυμνον* apud *Lycophr.* 556. *σίγυνον* in *Agathiae* epigr. XCII. (apud *Brunck.* analectt. T. III. p. 67.) *σίγυνος* in versu quodam a *Suida* allato. *σιβύνη* habet *Meleager* T. I. analectt. *Brunck.* p. 38. epigr. CXXVIII. et *Alexis* apud *Polluc.* 10, 144. *σιβύνιον* *Polyb.* 6, 23. *ζιβύνη* est in versione Alexandrina Ies. 2, 4. Ierem. 6, 23. Iudit. 1, 15. Sic Codex Alexandr. Mich. 4, 3. pro *τὰ δόρατα* exhibet *τὰς ζιβύνας*. Vocabulo *σιβύνη* *Hesychius* tanquam notiore interpretatur vocabula alia, quae nobis quidem minus obscura videantur, v. c. *προβόλιον*. *Hemsterhus.* ad *Poll.* 10, 95. attulit verba *Philonis Byzantii* lib. 5. Βελοποιικῶν, vbi hostis dicitur a moenibus propulsandus esse *τοῖς τε ἀκοντίοις καὶ ταῖς ζηβύναις*. v. omnino *Schweighäuser.* in *Athenae.* Vol. II. animaduu. p. 399. 400. et *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* 18, 27. vbi scribitur *σιβήνη*.

σίρβηνον, v. Ζειρήνη.

σχερὸν κῦμα· ἕτοιμον. Ἀμερίας. *Hesych.* et *Phavorin.*

ταγόναγα (*Pergerus* scribi iubet *ταγῶν ἀγά*)· *Μακεδονική τις ἀρχή*. *Hesych.* et *Phauor.*

τεθολώς· ἀνάπλεως. Ἀμερίας. *Hesych.* et *Phauor.*

(*τιτύρινος*. Ἀμερίας ὁ Μακεδὼν ἐν ταῖς Γλώσσαις, *τιτύρινόν φησι καλεῖσθαι τὸν μόναυλον*. *Athenae.* 4, p. 176. C. Cf. p. 182. D. et *Hesych.* in v. *τιτυρῆνος*, ibique interpp.)

χαλκάσπιδες, genus militum Macedonicorum. *Athenae.* 5, p. 194. D. v. *ἀργυράσπιδες*.

χάρων· ὁ λέων, κατὰ Μακεδόνας. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 455. qui illo nomine praeter locum laudatum vtitur sic etiam v. 660. *Hesychius*, qui non mentionem facit dialecti Macedonicae, eodem tamen modo explicat, addita hac causa: *ἀπὸ τῆς*

χαροπότητος, prorsus vt *Etymol. M.* Sed forsan rectius notio leonis deriuetur a pugnae studio et fortitudine. Saltem χάρμη est μάχη (v. *Hesych.* in v. χάρμης), et apud *Lycophr.* 260. aquila vocatur αἰχμητὴς, atque χάρων.

χρυσάσπιδες, militum Macedonicorum genus. *Pollux* 1, 175. v. ἀργυράσπιδες. In epigrammate ἀδεσπότῳ apud *Brunck.* analectt. Vol. III. p. 133. n. IV. est χρυσάσπιδι Ῥώμῃ.

Haud dubie huc referenda etiam sunt nomina Macedonica mensium, de quorum tamen ad Romanos vel Atticos vel nostros menses ratione accurate disserere vix hoc loco licet. Potest autem ea cognosci e *Scaligeri* opere de emendat. tempp. 2, p. 92. sqq. *Ioh. Lalamantii* diss. de mensibus Macedonum s. Graecorum, inserta *Gronouii* thes. antiquitt. Graec. T. IX. p. 1055—1060. *Iac. Vsserii* diss. de Macedonum et Asianorum anno solari, cum Graecorum astronomorum parapegmate ad Macedonici et Iuliani anni rationes accommodato, quae ibidem extat p. 1209—1267. *Henr. Norisii* anno et epochis Syromacedonum in vetustis vrbium Syriae numis, Lips. 1696. 4. et *Ioh. Alb. Fabricii* menologio, Hamb. 1712. 8. Cf. *la Nauze* rapport des mois Egyptiens, Iudaïques, et Macedoniens; in *Mém. de l'Acad. des Inscript.* T. XVI. p. 201. sqq. *Belley* comparaison des mois des Athéniens, des Grecs Asiatiques, des Macédoniens, et de Cyzique; in *Recueil des antiquités du Comte de Caylus,* T. II. p. 240. et *Wesseling.* Probabil. c. 29. p. 258. sq. Sed nomina petii e Lexicographis Graecis, e *Stephani Le Moyne* variorum sacrorum T. I. Lugd. Bat. 1685. 4. p. 454. et *Iosephi*, veteris Christiani scriptoris, hypomnestico, quod idem *Fabricius* addidit volumini II. codicis pseudepigraphi V. T. Hamb. 1723. 8. cap. 27. Addidi etiam ex iisdem explicationes, quanquam non satis accuratas.

Αὐδηναῖος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἰανουάριος. *Suid.* et *Phauor.*

Περίτιος· ὁ Φευρουάριος, κατὰ Μακεδόνας. *Suid.* et *Phauor.* it. *Hieron.* ad Zachar. 1, 7. T. VI. opp. p. 191. H. Sed *Hesych.* et *Phauor.* in v. Τήβηθ respondere eum dicunt huic Hebraeorum mensi, qui pro Decembre habetur, *Iosephus* autem l. l. mensem Τηβὴθ comparat cum Αὐδυναίῳ. Ita enim *Fabricius* vtrumque nomen edidit.

Δύστρος· ὁ Μάρτιος μὴν, παρὰ Μακεδόσιν. *Suid.* et *Phauorin.* Mentio eius fit a *Nicarcho*, in *Brunckii* analectt. Vol. II. p. 353. epigr. XV. et ab *Anastasio* Antiocheno in loco paulo post indicando. Alios laudauit *Albert.* ad *Hesych.* in h. v.

Ξανθικός· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἀπρίλλιος. *Suid.* Ita etiam alii, vt *Anastasius* Antiochenus, in *Meursii* opp. Vol. VIII. p. 689. Cf. interpp. *Hesychii* in v. Ξανθικά. Memoratur etiam 2 Maccab. 11, 30. 33. 38. Cf. supra not. 12.

Ἀρτεμίσιος· παρὰ Μακεδόσιν ὁ Μάϊος. *Suid.* Sed apud *Hesych.* in v. Νισᾶν dicitur mensi Nisan respondere, qui cum nostro Martio et Aprili putatur conuenire. Caeterum de hoc *Artemisio* et *Loo* et *Dio* v. *Galen.* ad *Hippocr.* epidem. 1, p. 8. C. (T. IX. opp. ed. *Charter.*)

Δέσιος· παρὰ Μακεδόσιν ὁ μὴν Ἰούνιος. *Suid.*

Πάνεμος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἰούλιος. *Suid.* et *Phauor.*

Λῶος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Αὔγουστος. *Suid.* et *Phauor.* Cf. paulo ante ad Ἀρτεμίσιος.

Γορπιαῖος· μὴν ὁ Σεπτέμβριος, κατὰ Μακεδόνας. *Suid.* et *Phauor.* Cf. interpp. *Hesych.* in v. Ἄβ.

Ὑπερβερεταῖος· μὴν κατὰ Μακεδόνας, ὁ Ὀκτώβριος. *Suid.*

Δῖος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Νέος. *Suid.* Νέος autem est *Nouember.* Apud *Iosephum* l. l.

est Νοέμβριος, prorsus, vt in Geoponic. 1, 5, 3. et 4. Cf. supra ad Ἀρτεμίσιος.

Ἀπελλαῖος· παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Δεκέμβριος μήν. *Suid.* Sed v. *Albert.* ad *Hesych.* in v. Μαράξας.

§. 9.

Haec igitur e nostrae disputationis consilio sufficere putamus de dialecto Macedonica. Iam enim tandem veniendum est ad ipsius Alexandrinae dialecti naturam et indolem, in qua describenda ita versabimur, vt primo, quae veteres scriptores diserte tribuisse huic dialecto reperiantur, diligenter recenseamus, deinde afferamus quaedam eorum, quae iidem Aegyptiae dialecti fuisse docent, denique nonnulla ex iis proponamus, quae simpliciter damnasse atque reiecisse leguntur grammatici, et quae maxime ad Macedonicam vel Alexandrinam dialectum videntur esse referenda. Antequam vero eiusmodi verba verborumque formas enumeremus, pauca quaedam dicenda putamus de nonnullis, quae pertinere videntur ad naturam dialecti Alexandrinae vniuersam. Et primo quidem dicamus de eo, quod iam §. 7. innuimus, ortam fuisse dialectum Alexandrinam e pluribus aliis dialectis, vt Attica, Macedonica, Aegyptiaca, aliisque fortassis *), et hac ipsa plurium dialectorum inter se mixtura et coniunctione factum esse, vt distingueretur, tanquam diversa et peculiaris, ab omnibus reliquis dialectis.

*) Vere enim haud dubie et scite iudicat *Huetius* in Originianis 1, 1. T. I. opp. *Origenis* ab ipso editorum Colon. 1685. f. p. 1. „Quis, inquiens, accuratam Hellenismi munditiem „in Alexandrina requirat dialecto, quae a Macedonica profecta „est, barbara ipsa primum et impura, et extra Graecarum censum numerata, tot deinde gentium commercio inquinata, et ab „Aegyptiis demum, inter quos consedit, distorta et corrupta? „Inde fit, vt Alexandrinorum loquelam tam saepe carpant critici „antiqui, Phrynichus, Thomas Magister, et Helladius Besantinous.“

Quae quidem ratio videri possit admodum lubrica esse, nec nisi ad fallendum excogitata, qua quidlibet ex quolibet fieri facile possit. Ab hac igitur fraudis et fallaciae suspicione vt me defendam, nihil aliud afferam, nisi in hoc quoque genere me secutum esse et ipsam rei naturam, et auctoritatem veterum. Scilicet locus hanc in rem egregius extat apud *Clementem Alexandrinum* [1]): *αἱ δὲ ἄλλαι διάλεκτοι* (praeter *τὰς γενικὰς*, de quibus antea dixerat, atque adeo *τοπικαὶ*, qualem Alexandrinam fuisse iam supra §. 6. significauimus) *αἱ πολλαὶ, ἐπὶ κοινωνίᾳ διαλέκτων δύο ἢ τριῶν ἢ καὶ πλειόνων γίνονται.* Qui locus mihi quidem satis euidens esse, certe illud efficere posse, videtur, vt, qui rationem meam impugnare instituerit, minus mecum quam cum *Clemente* rem sibi fore intelligat. Si quis tamen *Clementis* auctoritatem non tantam habendam esse sibi persuaserit, vt ea me recte videar posse defendere, is cogitet, quaeso, ipsius Atticae dialecti exemplum, de cuius natura et origine mixta haec habet *Xenophon* [2]): *Φωνὴν τὴν πᾶσαν ἀκούοντες* (nempe Athenienses, quos paulo ante ob maris imperium cum diuersissimis nationibus mixtos fuisse dixerat,) *ἐξελέξαντο τοῦτο μὲν ἐκ τῆς, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς. καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ διαίτῃ καὶ σχήματι χρῶνται. Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων.* — Alterum, de quo moneri nonnulla debere existimabam, est insigne versionis librorum diuinorum Graecae ab aliorum scriptorum Alexandrinorum libris discrimen. Hos enim multo magis, quam interpretes Alexandrinos, linguae puritati studuisse, quin primo statim adspectu patere vnicuique debeat, nullo modo dubito. Nimirum reliqui scriptores

1) stromm. 1, p. 338. B.

2) de rep. Athen. 2, 8.

Alexandrini et Aegyptii, quorum quidem libri ad nostra tempora peruenere, cum haud dubie multi, qui minus eleganter ac pure, quippe vulgari dialecto Alexandrina vel Macedonica, scripti essent, diu neglecti tandem perierint, illi igitur scriptores, vt *Ptolemaeus*, *Clemens*, inprimisque *Philo*, cum doctis maxime viris scriberent, non plebi, potuerunt sane, et vero etiam debuerunt, vti lingua puriori et ad Atticam elegantiam magis accedente. Omnino enim in libris plerisque veterum sermo viget eruditorum [3]). Si qui tamen vel formas verborum, vel notiones, quas Alexandrinorum esse praeceperunt grammatici, immiscuisse libris suis et quasi adspersisse reperiuntur, e quorum numero est *Lycophron*: non ego illos hoc semper fecisse putem imprudentes et inscios, aut quod nimium essent iis per vsum loquendi vulgarem adsueti, sed ideo, quod talia viderent antiquissimae Hellenum linguae deberi, atque adeo iis tanquam stellulis egregie distingui orationem suam atque ornari arbitrarentur: quod quidem a poetis potissimum fieri notum est. Versionem vero librorum sacrorum, vtpote plebeiis potissimum, h. e. indoctis, hominibus scriptam, facile apparet magis debuisse horum ingenio intelligendique facultati accommodari. Iam etsi, quod diximus, verissimum esse iudicamus, tamen non ita vniuerse verum est, quin et versioni Alexandrinae Attica verba Atticasque loquendi formas, quae quidem notae essent hominibus indoctis, vel intelligi ab iis facile possent, immixtas reperiri concedendum sit [4]), et

3) Sunt verba *Valckenarii* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 240. C.

4) Horum pauca tantum attingam, cum quilibet plura colligere facile possit. Sic Attici optatiuum praesentis in verbis circumflexis formabant per ην, vt *Xen.* oec. 10, 6. ὁρῴην. 14, 2. τολμῴη. (v. *Thom. Mag.* p. 226. sq. *Maittair.* de diall. p. 77. *Fischer.* ad *Weller.* gramm. gr. Spec. II. p. 345. 384. 446. sq.) Eodem modo Ps. 120, 3. legitur δῴης, et Gen. 43, 14. δῴη.

reliquis illis scriptoribus Aegyptiis, excepto fere *Philone*, quem tantam constat elegantiae et puritati in scribendo operam dedisse, vt vulgo apud Graecos diceretur: ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει [5]), excidisse nonnunquam legantur verba et formulae minus probae ac purae; quod quidem non

— Attici η personae secundae verborum mediorum mutabant in ει, maxime in verbis βούλομαι, οἴομαι, ὄψομαι, (v. *Ammon.* in v. βούλει, *Maittair.* l. l. p. 80. *Fischer.* l. l. Spec. I. p. 119. sq. et Spec. II. p. 399.) vt *Aristoph.* Nubb. 490. ὑφαρπάσει. Pl. 40. πεύσει. (vbi v. *Schol.* et *Kuster.*) *Eurip.* Hec. 1049. et Alcest. 233. ὄψει. Orest. 94. in *Duporti* codice, βούλει. Alcest. 587. λείψει. Haec forma reperitur Iob. 34, 12. in cod. Vatic. οἴει. Exod. 6, 1. in eodem cod. ὄψει. — Sed nec illo Atticismo caret versio Alexandrina, quo secundis verborum personis additur syllaba θα. (v. Hort. Adon. in v. οἶσθα, *Thom. M.* p. 646. *Moeris* p. 283. *Fischer.* l. l. Spec. II. p. 339. sq. et 496.) οἶσθα enim, h. e. οἴδασθα pro οἶδας, legitur Deut. 9, 2. vt ap. *Sophocl.* Ai. 1308. *Xen.* memm. 4, 2, 22. *Eurip.* Alcest. 526. 680. κάτοισθα ap. *Sophocl.* Ai. 590. et *Eurip.* Orest. 1183. Alcest. 810. ᾔδεισθα ap. *Eurip.* Cycl. 108. etc. ἦσθα, de quo v. *Thom.* p. 425. et *Phryn.* p. 58. extat Gen. 40, 13. Ps. 9, 34. (10, 14.) vt apud *Eurip.* Alcest. 294. 639. et παρῆσθα Orest. 1159. — Sic, vt hoc vnum addam, elegans illa forma loquendi, qua abstracta pro concretis ponuntur, de qua v. *Eustath.* ad Il. β, p. 331. *Casaub.* ad *Athen.* 1, 9. p. 30. *Barnes.* ad *Eurip.* Androm. 447. *Vitring.* ad *Vorst.* de Hebraismis N. T. p. 836. sq. et *Doruill.* ad *Charit.* 5, 4. p. 476. ed. *Beck.* V. C. quorum locis addi possunt *Sophocl.* El. 289. μίσημα pro μισητὴ, *Eurip.* El. 887. et *Plat.* Timae. T. III. opp. p. 24. D. παίδευμα pro παιδευθεὶς, *Eurip.* Phoenn. 1499. ἁγεμόνευμα pro προηγήτειρα, interprete Scholiasta, *Thucyd.* 2, 97. περίπλους pro περίπλευστος, conspicitur etiam in versione Alexandrina, vt *Exod.* 19, 6. ἱεράτευμα pro ἱερεῖς, Hebr. כֹּהֲנִים. Ps. 21, 6. ἐξουθένημα pro ἐξουθενηθεὶς, Hebr. בְּזוּי.

5) v. *Hieron.* catal. scriptor. Eccles. T. I. opp. p. 175. B. ed. *Tribbechov.* Frcf. 1684. fol. qui hanc vocem docet non ad sensuum tantum, verum etiam ad eloquii similitudinem esse referendam. Cf. *Ioh. Alb. Fabric.* diss. de Platonismo Philonis Iudaei, Lips. 1693. et in Opusculorum sylloge supra laudata p. 147—160.

adeo mirum videri debet de viris, qui non vernacula vterentur pura illa et eleganti dicendi ratione, sed ex libris eam didicissent. Vnde factum est, vt, cum non nescirent, verba vulgaria et idiotica saepe notiora esse iis, quibus ex Attica dicendi ratione vtendum esset, orationis perspicuitati consulturi ponerent interdum vtraque. Cuius generis duo tantum laudabimus exempla, e *Clemente Alexandrino* atque *Eustathio* 6). Ille quidem, οὐδὲ τὴν κλεῖν, inquit, ἔχοντες τῆς εἰσόδου, ψευδῆ δέ τινα καὶ ὥς φησιν ἡ συνήθεια, ἀντικλεῖδα. *Eustathii* verba sunt: ὡς δὲ καὶ καρίδας ἐστὶν οὗ ἡ τοιαύτη λέξις (np. κάμμοροι) σημαίνει, δηλοῖ Ἀθήναιος (7, p. 306. D. vbi tamen ante *Schweighäuserum* editum fuit κάμμαροι.) καὶ ἴσως ἐντεῦθεν οἱ χυδαῖοι τοὺς καβούρους παρέφθειραν. Carent his vocabulis, vt talibus fere omnibus, lexica.

Sed cum in recensendis Alexandrinae, vt Macedonicae atque Aegyptiae, dialecti vocabulis, ob tantam librorum mere tali lingua scriptorum paucitatem, vtendum fidendumque maxime fuerit grammaticorum praeceptis, nec de istorum fide aeque indulgenter sentire sciamus viros eruditos omnes, huius quoque nostri instituti rationem esse reddendam existimamus. Iam verissimum quidem est, illos homines multa vocabula, quae proba nec eleganti scriptore indigna videantur, vt vulgaria et a quibus abstinendum sit bono scriptori, damnasse, multa in dialectorum doctrina turpiter turbasse, multis denique in rebus, et alios aliis, et quemque sibi diversis locis, misere contradixisse. Hoc plurimi viri docti obseruarunt 7), quorum obseruationibus ipse

6) *Clem. Alex.* stromm. 7, p. 764. B. *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1389, 26. cf. ad Od. η, p. 1571, 4.

7) Praeter *Luciani* in soloecista, *Phrynichi*, *Thomae*, *Moeridis*, *Pollucis*, interpretes, dignus est qui hanc in rem legatur

quoque addere non pauca possem. Sed nunc quidem vnum atque alterum sufficiet. Non ἔμελλον, sed ἤμελλον dici iubet *Thomas Magister* p. 420. Praeter ea vero, quae viri docti iam ad h. l. attulerunt, erroris plane, opinor, grammaticum conuincunt diserta Scholiastae doctissimi verba [8]): κοινὸν ἁμάρτημα πάντων τῶν μεθ' Ὅμηρον ποιητῶν, τὰ ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμενα ῥήματα κατὰ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον, διὰ τοῦ η ἐκφέρειν ἐπὶ τοῦ παρατατικοῦ. Similem *Suidae* aliorumque errorem de augmento verbi ἀναλίσκειν diligenter notauit *Fischerus* [8 b]). — κακολογεῖν male dici, melius esse κακῶς λέγειν, idem *Thomas* auctor est p. 589. vbi ipse *Trillerus* ne verbum quidem ad confutandum Atticismi magistrum attulit, et *Sallierius* dubitat, an in scriptis Atticorum legatur. Et sane possit omnino verum videri *Thomae* praeceptum, cum illo verbo *Athenaeus* vtatur [9]), scriptor et recentior et

Verheykii excursus ad *Antoninum Liberalem*, (editum Lugd. Bat. 1774. 8.) p. 290—304. et speciatim de *Thomae* dubia saepe hoc in genere fide, *Wesseling*. obseruatt. 1, 30. p. 131. sqq.

8) ad *Apollon. Rhod.* 1, 1309. Recte igitur *Apollonius* scripsit ἔμελλεν 2, 116. 1093. 3, 1065. 1133. ἐμέλλετε 3, 260. et ἔμελλον 2, 627. Consentit cum illo Scholiasta *Eustath.* ad Od. α, p. 1382, 31. cuius verba adscribenda putabam: τινὲς, inquit, καινοπραγοῦσιν, αὔξοντες ἐφ' οἷς οὐκ ἐχρῆν, οἷον ἐν τῷ ἤμελλε, (Sic Cod. Alex. Luc. 9, 31. 10, 1. Ioh. 11, 51. Act. 16, 27. etc.) καὶ ἠδύνατο, καὶ ἐν τῷ διηκόνησε. τροπὴ γὰρ ἐν τούτοις τοῦ ε εἰς η ἐκ τοῦ ἔμελλον, ἐδύνατο, διεκόνησεν, ὤγκωσεν εἰς πλέον τὴν συνήθη αὔξησιν. Diffitendum tamen non est, multa et grammaticorum praecepta, vt ipsius *Eustathii* ad Il. ε, p. 529, 18. et exempla in libris optimorum scriptorum, his repugnantia reperiri. v. *Fischer*. l. l. P. II. p. 280. 294—302. et *Maittaire* p. 74. sq. Caeterum hic obiter notamus errorem *Trilleri*, qui ad *Thom.* l. l. idem antea dicit *Phrynichum* somniasse p. 148. et 162. Nihil enim ibi legitur de augmento, sed vitari iubetur constructio verbi μέλλειν cum infinitiuis aoristorum.

8 b) animaduu. ad *Weller*. Spec. III. P. I, p. 33. sq.

9) 11, p. 506. A. κακολογεῖ (sp. Plato in Ione) πάντας

Aegyptius, cumque *Hesychius* eo tanquam dialecti communis verbo saepe reperiatur interpretatus esse verba exquisitiora et rariora [10]). Sed e *Pollucis* locis nonnullis [11]) satis patere puto, probum hoc verbum esse, praesertim cum *Iungermannus* [12]) locum laudauerit ex *Isocrate*, vbi legitur. — Verum igitur est, saepe errasse grammaticos ac falsa tradidisse. Sed vehementer tamen dubito, an viri docti nec iniqui me serio sint admodum reprehensuri, qui sim illorum placita secutus. Nam non solum de aliis saepissime vera tradidisse reperiuntur, collatis, qui ad nostram aetatem seruati sunt, variorum scriptorum libris, sed multa etiam eos hausisse constat ex antiquiorum grammaticorum monumentis, quorum alia deperdita esse scimus, alia verisimile est in bibliothecis nondum satis excussis latere abscondita, multa item eorum praecepta nobis, qui vtimur libris veterum scriptorum saepe per librarios corruptis, videntur falsa esse, quae haud dubie, si genuina et antiqua semper scriptura superesset, ipsi sequenda putaremus. Quid si igitur vsi fuerint, de dialecto quidem Alexandrina, *Callixeni* opere et *Pacati?* Fateor, hoc incertissimum esse. Sed num in tanta rei obscuritate atque caligine palpare malumus, quam vel tantillum videre? praesertim cum in

τοὺς ποιητάς. Ib. p. 507. A. pro eo dictum est εἰπὼν κακῶς, vt Leu. 20, 9. coll. Exod. 22, 28. Sic *Plutarch.* in regum apophth. T. VIII. p. 91. κακολογεῖν dixit, sed p. 95. κακῶς λέγειν. Verbo κακολογεῖν vtuntur etiam *Apollonius Alexandr.* de syntaxi p. 281, 19. *Eustath.* ad Odyss. κ, p. 1669, 42. *Euseb.* H. E. 2, 20.

10) v. c. κακίζει, κακοῤῥοθεῖ, σιλλοῖ, στορβάζειν, etc. vt *Schol. Homer.* Il. δ, 241. 359. Cf. *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1413, 43.

11) 2, 119. vbi affert *Demosthenis* auctoritatem, it. 5, 138. 5, 117.

12) ad *Poll.* 2, 119. Locus *Isocratis* est in Archidamo c. 41. extr.

his quoque, quae afferemus ex iis, quos nobis quidem conferre licuit, grammaticis, non pauca sint, de quorum veritate dubitari vix a quoquam possit. Haud dubie plura poterunt ac certiora dari hoc quoque in genere, si quando libuerit viris doctis, quibus eius rei occasio et facultas est, edere libros grammaticorum aliorumque veterum scriptorum, nondum a quoquam editos.

Haec igitur obiter. Alexandrinae autem ab aliis, vel omnibus vel plerisque, dialectis diuersitas apparebat tribus maxime modis, et primo quidem temporibus verborum peculiari quadam ratione formatis, et verisimiliter ex antiqua Graecorum lingua, qualem §. 3. descripsi, deriuandis. Extat hanc in rem classicus locus apud *Sextum Empiricum* 13): λέξις ἡ παρὰ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν, ἐλήλυθαν καὶ ἀπελήλυθαν, nempe pro ἐληλύθασι et ἀπεληλύθασι. Qua *Sexti* auctoritate nisus *Fabricius* in nota illi loco subiecta recte indicat, πέφρικαν pro πεφρίκασι, quod legitur apud *Lycophronem* 14), qui scripsit Alexandriae, et quem *Tzetzes* 15) omnino βαρβαρόγλωσσον vocat, referendum esse ad dialectum Alexandrinam. Quanquam enim hic idem *Tzetzes* tribuit hanc formam dialecto Chalcidensi 16)

13) adversus grammatt. §. 213. p. 261. ed. *Fabric.*

14) v. 252.

15) in commentar. ad *Lycophr.* 276.

16) ad *Lycophr.* 252. Vnde petita sunt, paucis mutatis, quae leguntur apud *Phauorin.* in v. πέφρικαν. Cf. *Reines.* varr. lectt. 2, 10. p. 208. et *Rutgers.* lectt. varr. 5, 6. Sic Geopon. 2, 6, 27. πέφυκαν. Marmm. Oxonn. 2, 38. παρείληφαν. Batrachom. 178. ἔοργαν. Inscriptio columnae sub imperio Traiani positae, in *Montfaucon.* diar. Ital. p. 125. γέγοναν, quod ipsum cod. Alex. Rom. 16, 7. habet pro γεγόνασιν. *Chishul.* antiquitt. Asiat. p. 109, 12. et p. 119, 7. ἀπέσταλκαν. Caeterum ex eo, quod *Tzetzes* Chalcidensibus hanc formam tribuit, videtur factum esse, vt etiam alii viri docti Boeoticam eam dicerent. Sed *Val-*

vel Atticae, tamen et locus ille *Sexti*, et haec ipsa *Tzetzis*, annon Attica forma sit, dubitatio, faciunt vt sequendum putem *Fabricii* iudicium. Certe supra iam (§. 7. not. 4.) annotatum a nobis fuit, *Irenaeum Alexandrinum* dialectum Alexandrinam omnino deriuasse ex Attica. Accedit, quod haec ipsa forma non semel legitur in versione librorum V. T. Alexandrina [17]). Ex quo simul videtur apparere, hoc in genere plane similem fuisse dialectum Alexandrinam Macedonicae, quam et ipsam plurimos Dorismos admixtos habuisse, supra vidimus (§. 8. not. 5.). Quare nec dubitandum putamus, quin etiam alia, quae Boeoticae dialecto, nec per se male, tribuunt viri docti [18]), recte dicantur translata fuisse in Alexandrinam, cum in nullo scriptore aeque saepe legantur, ac in versione Alexandrina. Talis autem est interpositio syllabae σα, conspicua in tertiae personae numeri pluralis terminationibus. Et primo quidem de imperfecto dicamus, cuius haec forma non modo saepissime legitur in eadem illa versione [19]), verum etiam semel apud *Lycophronem* [20]), ad quem locum rursus *Tzetzes*, ἐσχάζο-

ckenar. ad *Theocr.* Adoniaz. p. 374. C. recte obseruauit, ἕστακαν ab Alexandrinis in vulgari consuetudine dictum fuisse, cum Dorice diceretur ἑστάκαντι.

17) Deut. 11, 7. ἑώρακαν, pro quo Exod. 10, 6. est ἑωράκασι. Ies. 5, 29. παρέστηκαν, et pro eo Zachar. 4, 14. παρεστήκασι. it. Iudit. 7, 10. πέποιθαν, sed 3 Maccab. 8, 18. πεποίθασι.

18) vt *Barnes.* ad *Eurip.* Hippol. 1252. et quos laudat *Fischer.* ad *Weller.* P. II. p. 336.

19) Sic Exod. 18, 26. ἐκρίνοσαν pro ἔκρινον. Gen. 6, 4. ἐγεννῶσαν. Exod. 33, 8. κατενοοῦσαν. Num. 1, 18. ἐπηξονοῦσαν. 2 Reg. 20, 15. ἐνοοῦσαν. 1 Paral. 22, 4. ἐφέροσαν. Nehem. 4, 18. ᾠκοδομοῦσαν. Iob. 1, 4. ἐποιοῦσαν. Ps. 5, 9. et 13, 3. ἐδολιοῦσαν. Ier. 41, 10. ἑῶσαν. Ezech. 22, 11. ἠνομοῦσαν, et v. 12. ἐλαμβάνοσαν. 1 Maccab. 4, 50. ἐφαίνοσαν.

20) v. 21. ἐσχάζοσαν. Sic *Posidippus* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 47. n. VI. habet εἴχοσαν.

σαν, inquit, Χαλκιδικὸν 21), ἤτοι τῆς Ἀττικῆς διαλέκτου. Cum igitur eadem sit huius et formae πέφρικαν ratio, recte nobis videmur eam cum *Krebsio* 22) appellare posse Alexandrinam. Haec autem syllaba σα inseritur etiam aoristo secundo. Quare cum haec forma superiori simillima sit 23), neque tantum in versione Alexandrina 24), sed etiam in aliorum, qui post Alexandri M. tempora vixerunt, scriptorum libris, quanquam rarius 25), le-

21) Ita enim sine vlla dubitatione legi debet pro Χαλδαϊκὸν, quod vulgo editur. Nam et ipse *Tzetzes* ad *Lycophr.* 252. τὸ δὲ ἐσχάζοσαν, inquit, τῆς Χαλκιδικῆς διαλέκτου, et *Aristophanes Grammaticus* ap. *Eustath.* ad Od. Ξ. p. 1761, 30. τὸ ἐσχάζοσαν παρὰ Λυκόφρονι, καὶ παρ' ἄλλοις τὸ ἐλέγοσαν, καὶ τὸ, οἱ δὲ πλησίον γενομένων φεύγοσαν, φωνῆς Χαλκιδέων ἴδιά εἰσιν, et solemnem fuisse hanc istorum vocabulorum inter se permutationem, docet locus *Phauorini* supra not. 16. laudatus, vbi et ipse habet Χαλδαϊκῆς, cum tamen in illo loco *Tzetzis*, quem non dubitari potest quin exscripserit, legatur Χαλκιδικῆς. Contra apud *Diodor. Sicul.* 14, 29. pro Χαλκιδέων legendum esse Χαλδαίων, praeter *Wesselingium* vidit *Hutchinsonus* ad *Xenoph.* anab. 4, 7, 10. Caeterum *Aristoteles* non solum memorat Chalcidenses περὶ τὴν Ἀσίαν, vt polit. 4, 3. sed etiam ἐπὶ Θράκης, vt ibid. 2, 12. extr. et Amphipoli, vt 5, 3. et 6. De linguae chalcidicae ortu et natura v. *Thucyd.* initio libri 6. inprimis c. 5.

22) in lexico N. T. in v. δολιόω. Quod *Krebsii* iudicium posthac vidi egregie confirmari per Lexicon Coislinianum p. 482. et Grammaticum in bibliotheca Sangermanensi apud *Ruhnken.* epist. crit. II. p. 228. ed. 2. ἐλέγοσαν, ἐγράφοσαν, καὶ τὰ ὅμοια, Ἀλεξανδρεῖς λέγουσι. In vtroque exemplum additur locus *Lycophronis* not. 20. laudatus.

23) quod etiam *Tzetzes* ostendit l. l. πέφρικαν — καὶ τὰ ὅμοια Χαλκιδικῆς ἤτοι Ἀττικῆς διαλέκτου, καὶ τὸ ἐσχάζοσαν, καὶ εἴποσαν, καὶ τὰ ὅμοια.

24) Sic Exod. 15, 27. et Ps. 47, 4. ἤλθοσαν pro ἦλθον. Exod. 16, 24. κατελίποσαν. Deut. 1, 25. ἐλάβοσαν. 7, 19. ἴδοσαν. 32, 5. ἡμάρτοσαν. Ios. 3, 14. ἦροσαν. 8, 29. καθείλοσαν. Ruth. 4, 11. εἴποσαν. Nehem. 3, 5. κατέσχοσαν. Ps. 76, 16. εἴδοσαν. 77, 29. ἐφάγοσαν. 114, 3. εὕροσαν. Ierem. 28, 7. ἐπίοσαν.

25) vt apud *Scymnum* Chium v. 696. ἔσχοσαν. apud *Theophylactum* epist. 19. T. VIII. opp. *Meursii* p. 825. extr. εἴδοσαν. apud *Nicetam Choniaten* p. 153. ed. *Goulart.* παρήλθοσαν.

gatur: non dubitamus quin ea recte huc referatur. Caeterum praeter *Tzetzen* Chalcidensi dialecto eam tribuit *Phauorinus* in v. ἤλθοσαν. Sed ipse ad explicandam glossam ἤεσαν forma ἤλθοσαν vtitur, et in v. ἐφύγοσαν Doricam eam facit, denique in v. ἦον [26]), οἱ τῇ Ἀσιανῇ χρώμενοι φωνῇ, inquit, —ἐφύγοσαν καὶ ἤλθοσαν λέγουσι. *Gaza* autem [27]): τὸ ἤλθοσαν καὶ ἐμάθοσαν Χαλκιδικῆς διαλέκτου ἐστὶ, παρεσχηματισμένα πρὸς τὸ ἔδοσαν. Et *Lascaris* [28]): τὸ εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἤλθοσαν, καὶ ἐμάθοσαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, Χαλκιδικῆς εἰσι διαλέκτου, εἰς ὁμοιότητα τοῦ ἔδοσαν. Iam cum similes harum sint formae optatiui praesentis et aoristi secundi οισαν pro οιεν, et aoristi primi αισαν pro αιεν, quoniam, post insertam syllabam illam σα, aurium causa littera ε eiicienda erat, has quoque formas, quas *Phauorinus* [29]) Aeolicas esse dicit, Alexandrinis vsitatas fuisse arbitror. Certe saepissime leguntur in Alexandrina versione [30]). Quod quidem cum videatur hoc in genere argumentum esse non spernendum: nec aoristi secundi ad modum primi formatio, quae satis frequens est Alexandrinis interpretibus [31]), quin statuenda sit

26) vbi exscripsit verba *Heraclidis* ap. *Eustath.* ad Odyss. ξ, p. 1759, 35.

27) grammat. 2, p. 189. ed. Basil. 1545. 8.

28) lib. 3. p. 304.

29) in v. εἴπαισαν.

30) vt Ps. 34, 25. εἴποισαν. 103, 35. ἐκλείποισαν. Iob. 18, 9. ἔλθοισαν. 21, 20. ἴδοισαν. Prov. 30, 17. καταφάγοισαν et ἐκκόψαισαν. Iob. 5, 14. ψηλαφήσαισαν. 18, 7. θηρεύσαισαν. 20, 10. ὀλέσαισαν et πυρσεύσαισαν. v. 25. περιπατήσαισαν. Gen. 49, 8. αἰνέσαισαν. Deut. 1, 44. ποιήσαισαν. Ies. 66, 20. ἀνενέγκαισαν.

31) v. c. 1 Reg. 10, 14. εἴδαμεν. 2 Reg. 10, 14. εἶδαν (quod etiam cod. Alex. habet Act. 6, 15. 9, 35. 12, 16.) et ἔφυγαν. 17, 20. (et in Cod. Alex. Act. 5, 10. 3, 6.) εὗραν.

Alexandrinis in vsu fuisse, vllo modo dubito. Legendus est de hac aoristi secundi forma locus *He-*

29, 42. ἐφάγαμεν. 23, 16. ἔλαβαν. Luc. 5, 5. in Cod. Alex. ἐλάβαμεν. Act. 27, 5. in eodem κατήλθαμεν. 28, 14. ibidem ἤλθαμεν et v. 16. εἰσήλθαμεν, pro ἤλθομεν. 2 Paral. 29, 6. ἐγκατέλιπαν. v. 17. εἰσῆλθαν. Act. 12, 10. 28, 23. in Cod. Alex. ἦλθαν. 14, 19. ἐπῆλθαν in eodem. Esth. 5, 4. ἐλθάτω. Matth. 26, 39. in Cod. Alex. παρελθάτω. Marc. 13, 15. in eodem cod. εἰσελθάτω. Ps. 76, 18. ἔφαναν. Prov. 9, 5. ἔλθατε. Cant. 3, 5. ἐξέλθατε. Ies. 1, 4. ἐγκατελίπατε. Matth. 25, 36. in Cod. Alex. ἤλθατε. 26, 55. ἐξήλθατε. Sic et Marc. 14, 48. Luc. 7, 24. 25. et εἰσήλθατε Luc. 11, 52. Amos. 4, 4. εἰσήλθατε et ἐπληθύνατε et ἠνέγκατε. 6, 2. διέλθατε. Reperitur haec eadem forma in *Orphei* argonaut. vt 130. εἰσέδρακα. 519. ἔπεσαν, quod ipsum extat Ps. 19, 8. (vbi tamen ed. Ald. et Complut. ἔπεσον.) et 26, 2. vbi Ald. ἔπεσεν, quod *Wesselingius* etiam apud *Herodot.* 6, 21. pro ἔπεσαν recepit, probante ad 8, 68. *Valckenario.* Ioh. 6, 10. recipiendum putem ἀνέπεσαν, quod est in Cod. Alex. vt Act. 12, 7. ἐξέπεσαν ex eodem codice, et 22, 7. ἔπεσα, et Rom. 15, 3. ἐπέπεσαν, et 1 Cor. 10, 8. ἔπεσαν. Sed ap. *Eurip.* Troadd. 291. pro προσέπεσα praeferenda videtur lectio codicum MSS. προσέπεσον, vel scribendum προσέπταισα. Nam *Schol. Aristoph.* Auu. 841. οὐ γὰρ ἐν χρήσει, inquit, τὸ ἔπεσα. Omnino in talibus iudicandis caute versandum est. Nam εἶδα v. c. in *Orph.* argon. 116. vnde Cod. Alex. Act. 4, 20. habet εἴδαμεν, potest esse perfectum medium; εἶπα autem et εἶπας et similia, si quis ideo, quod εἶπας pro εἰπὼν legatur in Cod. Alex. Act. 22, 24. 24, 22. et εἶπας habeant *Eubulus* apud *Athenae.* 6, p. 237. A. et *Euangelus* apud eund. 14, p. 644. D. εἴπατε *Achilles Tatius* erot. 4, 16. *Athenaeus* 8, p. 359. D. 10, p. 449. C. et προείπαμεν idem 7, p. 303. B. εἶπαν Inscript. Roset. lin. 8. et Codex Alex. Marc. 11, 6. Luc. 19, 39. Act. 1, 11. 24. 4, 24. 5, 29. 6, 2. 10, 22. 12, 15. 13, 46. 16, 20. etc. pro Alexandrinis habuerit, verendum erit ne erret. Nam εἶπα habet *Herodot.* 3, 61. vt προσεῖπα *Eurip.* Cycl. 101. εἶπας idem ibid. v. 148. et *Sophocl.* Trach. 491. εἴπατε *Xenophon* Cyrop. 4, 2, 11. et προείπομεν quoque dixit *Athenaeus* 11, p. 469. E. 13, p. 587. A. et Ioh. 10, 34. Codex Alex. εἶπον habet pro εἶπα. (v. plura in *Fischeri* animaduu. ad *Weller.* Spec. III. P. I. p. 89. sq.) Quae vero ab initio ex Orphicis posui, et quae *Maittaire* p. 292. ex *Iohanne Antiocheno* attulit, ἀνεῖλαν et ἀνῆλθαν et ἐκβάλαι, ea vtique ad dialectum Alexandrinam referenda arbitrabar, non minus quam ἀγάγας apud *He-*

raclidis 32): ἡμάρτηται δὲ τὸ ἔα, εἰς ἄλφα περατούμενον, καὶ Ἀσιανῆς ἔχεται φωνῆς. καὶ οἱ Ἑλληνίζοντες δὲ ἐν Κιλικίᾳ, οὕτω προφέρονται. τὰς γὰρ εἰς ων ληγούσας ὀξυτόνους μετοχὰς δέον ἐπὶ τῶν ῥημάτων εἰς ον περατοῦσθαι βραχυνόμενον κατὰ πρῶτον πρόσωπον, οἷον λαβὼν ἔλαβον, φαγὼν ἔφαγον, καὶ τὰ ὅμοια, αὐτοὶ ἀποβάλλοντες τὸ ν καὶ μετατιθέντες τὸ μικρὸν ο εἰς βραχὺ ἄλφα, προφέρονται, ἀπὸ τοῦ λαβὼν καὶ φαγὼν ἔλαβα λέγοντες καὶ ἔφαγα. καὶ τρίτα δὲ τούτων πληθυντικὰ εἰς αν λήγοντα λέγουσιν. Ergo Cilicum Graece loquentium proprie haec forma erat, a quibus ob commerciorum communionem facile transire potuit ad Alexandrinos: quod ipsum e vocabuli σισόη exemplo apparet, de quo infra quaedam diximus §. 12. Alius denique Dorismus, quem non dubitamus dicere ab Alexandrinis quoque receptum fuisse, est in forma imperatiui εἶπον pro εἰπὲ, quam Doricam esse demonstrari potest e *Pindaro* 33) atque *Theocri-*

sych. pro ἀγαγῶν. it. ἀφείλατο et ἐξείλατο Ies. 38, 14. (v. *Fischer.* l. l. p. 24.) et εὑράμην, qua forma etiam *Menander* vsus est. v. *Dawes.* miscell. crit. p. 255. sq. cum nota *Tyrwhitti* p. 470. qui recte eam reiicit, vt *Wolf.* ad *Demosth.* Orat. in Lept. p. 216. Sed defendit eandem *Doruill.* ad *Charit.* p. 403. ed. Lips. Cf. *Fischer.* l. l. p. 96. In Codice Alex. Act. 2, 23. est ἀνείλατε pro ἀνείλετε. 7, 10. ἐξείλατο. v. 21. ἀνείλατο. 10, 39. ἀνεῖλαν. 23, 27. ἐξίλαμεν pro ἐξείλαμεν.

32) ap. *Eustath.* ad Od. ξ, p. 1759, 10. e quo, nonnullis mutatis et omissis, transscriptus fuit in hortos Adon. in v. ἦα. De verbis Ἀσιανῆς φωνῆς v. supra not. 26. Sed quam late pateat nomen Ἀσιανὸς, intelligi etiam potest ex *Hesych.* et *Phauor.* qui κορσίπιον dicunt fuisse νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις, τὸ κερσαῖον λεγόμενον. Sed κέρσα, inquiunt, Ἀσιανὸν νόμισμα. Fortassis Ἀσιανὸν in talibus est i. q. Περσικόν. Apud *Eurip.* vero Orest. 1396. sq. Phryx dicit: βάρβαροι λέγουσιν αἶ αἶ, Ἀσιάδι φωνᾷ. vbi Schol. Ἀσιάδι] ἀντὶ τοῦ βαρβάρῳ.

33) Olymp. 6, 156.

to[34]). Cur vero Alexandrinis etiam communem eam fuisse putemus, causa est, quod *Menander* ea sic vsus esse dicitur [35]), et quod non semel legitur in versione Alexandrina [36]), vbi tamen *Iohannes Charax*, cuius auctoritatem ego quidem sequendam arbitrabar, scribi volebat *εἰπόν*. Praeter haec autem, de quibus diximus, temporum in verbis peculiari modo ab Alexandrinis, vel suum ingenium vel alias dialectos secutis, formatorum exempla, reperi tantum duo a grammaticis notata. Scilicet non

34) idyll. 14, 11. in editionibus quidem *Zach. Calliergi* et *Brubachii.* Nam *Henr. Steph.* edidit εἰπὸν, *Reisk.* εἰπέν.

35) In hortis Adon. leguntur haec: εἶπον Μένανδρος — ἀντὶ εἰπὲ, πρῶτος ἀόριστος. ἰστέον δὲ ὅτι λέγει ὁ γραμματικὸς Ἰωάννης ὁ Χάραξ, ὅτι τὸ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ προστακτικὸν ὀξυτονεῖται, οἷον εἰπὸν ἀντὶ εἰπὲ, δεύτερος ἀόριστος κατὰ τὴν τῶν Συρακουσίων φωνήν. οὗτοι γὰρ τὰ προστακτικὰ τοῦ δευτέρου ἀορίστου μεταποιοῦντες εἰς ον τὸν τόνον φυλάττουσι τῶν κοινῶν προστακτικῶν, οἷον τὸ λάβε λάβον. εἰ οὖν ἐστιν εἰπὲ ὀξυτόνως, δῆλον ὅτι καὶ εἰπόν. τὸ δὲ εἶπον παρὰ Μενάνδρῳ, ἔστι πρωτοτύπου ἀορίστου ἀπὸ τοῦ εἶπα. Eadem fere leguntur in *Etym. M.* in v. εἶπον p. 302, 26. sed minus plene minusque perspicue. *Lascaris* 3, p. 308. εἶπον, εἰπέτω παρὰ Μενάνδρῳ, καὶ τὸ λάβον, ἀντὶ λαβὲ, καὶ ἄνελον, ἀντὶ ἄνελε, Συρακουσίων ἐστί. *Ioh.* Grammaticus verò p. 381. et *Phauorin.* in v. θίγον omnino de Doribus praecipiunt: προστακτικὰ ῥήματα, ἐκφερόμενα διὰ τοῦ ε ψιλοῦ, διὰ τοῦ ον ἐκφέρουσι. λάβε, λάβον· θίγε, θίγον· δράμε, δράμον. Cf. *Koen.* ad *Gregor.* p. 157. sq. cf. *Ael. Dionys.* ap. *Eustath.* ad Od. β, p. 1435, 62. qui vtrumque imperatiuum ostendit Attice dici, et εἶπε et εἰπόν.

36) vt Gen. 12, 13. 20, 13. Exod. 6, 6. 8, 5. et 16. Leu. 21, 1. etc. in quibus locis edi solet εἶπον, sed Ies. 40, 9. εἰπόν. Eodem modo in *Platonis* Menone T. II. opp. ed. *Steph.* p. 71. D. legitur εἰπὸν, sed in edit. Basil. 1534. f. p. 334. εἶπον. In *Meleagri* epigr. CXXII. *Brunckius* T. I. analectt. p. 35. dedit εἰπὸν, vt in *Asclepiadis* XXXIX. p. 219. *Posidippi* X. T. II. p. 48. *Q. Maecii* III. p. 237. *M. Argentarii* XXV. p. 272. *Stratonis* LX. p. 373. *Pauli Silentiarii* XV. T. III. p. 76. et Anonymi DCCLIII. Idem e Cod. Alex. reponendum est pro εἰπὲ Act. 28, 26.

ἠθέληκα dicebant, sed τεθέληκα [37]), nec ἠνάγκακα, sed ἀνήγκακα [38]): quam tamen formam, ἀνήγκακα, idioticam potius et in communi vita magis vsitatam fuisse, quam vniuerse receptam et a politioris ingenii hominibus adhibitam, etsi fuerint, qui Atticam dicerent, (cf. supra §. 7. not. 4.) satis liquet e verbis Etymologi infra positis. Forma τεθέληκα, ni fallor, semel tantum legitur in versione Alexandrina [39]), et vix apud alios scriptores idoneos [40]). Dubitari tamen vix potest,

37) *Thom. Mag.* p. 417. ἠθέληκα, Ἀττικοὶ λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ ἐθέλω, ἐθελήσω, ἠθέληκα. τὸ δὲ τεθέληκα, Ἀλεξανδρεωτικὸν, ἀπὸ τοῦ θέλω κανονιζόμενον. cf. *Phryn.* p. 146. qui, vt *Thomas*, vtitur vocabulo Ἀλεξανδρεωτικὸν, e cuius forma quanquam videatur colligi posse, non inquilinos Alexandrinos ita dixisse, sed aduenas tantum Graecos, Alexandriae commorantes, cum idem *Thomas* p. 794. vocabulum Σικελὸς ita distinguat a vocabulo Σικελιώτης, vt illud inquilinum Siculum, hoc advenam significare dicat: tamen in vocabulo Ἀλεξανδρεωτικὸς rationem illam nullo modo locum habere posse existimo. Nam vt alia, e quibus, quam parum commoda sit, possit intelligi, taceam, οἶνος Ἀλεξανδρεωτικὸς et Μαρεώτης ap. *Athen.* i, p. 33. D. dicuntur synonyma esse, quia Marea fuerit locus et oppidum in agro Alexandrino. Sic nec Θεσσαλιῶται sunt aduenae in Thessalia versantes, teste *Aelio Dionys.* ap. *Eust.* ad Od. υ, p. 1896, 51. et *Phauor.* in v. Σικελοί. Caeterum de hac verbi forma notanda est mira *Phauorini* inconstantia. Nam in v. ἠθέληκα et θέλω deriuat eam a verbo θελέω, omissa dialecti Alexandrinae mentione, (cuius nec *Etym. M.* in v. ἐθέλω meminit), in v. Τένεδος ipse vtitur forma τεθελήκοι, sed in v. τεθεληκέναι repetit *Phrynichi* verba omnia.

38) *Etym. M.* p. 106, 23. et ex eo *Phauor.* ἀνήγκακα, ἰστέον ὅτι βάρβαρόν ἐστιν, οὐχ εὑρισκόμενον παρ' Ἕλλησιν ἐν χρήσει. — ἐν μόνῃ γὰρ τῇ τῶν Ἀλεξανδρέων δημώδει συνηθείᾳ εὑρίσκεται. λέγουσι δέ τινες Ἀττικὸν εἶναι, ὅπερ οὐκ ἔστιν.

39) nempe Ps. 40, 11.

40) Etsi enim *Reiskius* apud *Aeschinem* p. 306. extr. seruauit lectionem τεθέληκας, tamen codex Meadianus exhibet ἐθέληκας, et *Marklandus* reponi iubebat τετόλμηκας. *Sexti Empirici* autem auctoritas, qui adu. mathematt. 2, 57. p. 296. habet τεθεληκέναι, parum me mouet.

quin etiam alia, quae non a grammaticis notata sint, huc pertineant. Interim hoc saltem addo, etiam in praepositionum forma vestigia Dorismi extare videri in dialecto Alexandrina. Certe in Inscriptione Rosetana lin. 47. legitur παρέλαβεν τὴν βασιλείαν πὰρ τοῦ πατρὸς, vbi tamen *Ameilhonum* p. 97. arbitrabar pro πὰρ legi παρὰ iussisse non sine idonea causa. Nam παρὰ extat lin. 1. et 8. Sed *Villoisonus* in epistola tertia, qua Inscriptionem istam illustrat, iam supra laudata, p. 332. πὰρ tanquam Doricum et Alexandrinum seruandum iudicauit.

Iam sequitur vt ostendam, nouis etiam vocabulis vsos esse Alexandrinos, vel antiquis nouas notiones subiecisse: quod quidem est aliud quoddam ex iis, quae valent ad constituendam dialectum aliquam peculiarem. In iis autem recensendis sequi constitui ordinem literarum, a quibus singula incipiunt.

ἀγγοθήκη, auctore *Athenaeo* 5, p. 210. C. fuit vas quoddam triangulare, quod cum in medio cauum esset, recipere poterat impositum fictile. Pauperes illud habebant ligneum, diuites aeneum vel argenteum. Non admodum differre videtur ab ἐγγυθήκη, *incitega,* de qua superius *Athenaeus* disputat.

Ἀλαβάρχης saepissime in rebus Alexandrinorum commemoratur, sed non semper idem significare videtur, et incerta est origine. Apud *Iosephum* quidem archaeol. 18, 8, 1. (atque inde apud *Euseb.* hist. eccl. 2, 5.) 19, 5, 1. 20, 5, 2. (vbi est participium ἀλαβαρχήσας) et 20, 7, 3. (vbi nomen ἀλαβαρχία) *summum magistratum Iudaeorum Alexandrinorum*, qui alias ἐθνάρχης siue γενάρχης appellatur, intelligunt, praeter alios, *Valesius* ad *Euseb.* l. l. *Hudsonus* et *Ha-*

vercamp. ad *Ioseph.* ll. ll. Quare nonnulli Ἀραβάρχης scribi malunt, vt significetur *praefectus Arabiae, Aegypto conterminae,* eique aiunt delegatam fuisse *curam exigendi vectigalis, quod pendendum ab iis esset, qui armenta ex Arabia in Aegyptum, vel hinc illuc traducerent.* v. *Lil. Gyrald.* dialogism. 29. (in *Gruteri* Lampadis T. II. p. 450.) et *Fuller.* miscell. sacr. 4, 16. Confirmari haec interpretatio potest e Cod. Iustin. lib. 4. tit. 61. l. 9. „vectigal Arabarchiae per Aegyptum atque Augustaneam constitutum." Statim enim memoratur „traductio animalium." Quapropter etiam apud *Cic.* ad Att. 2, 17. vbi vel Pompeius vel Antonius vocari putatur *Arabarches,* quod multa vectigalia Aegypto exegisset, rectius ita scribi, quam *Alabarches*, videtur. Fortassis etiam apud *Iuuenal.* 1, 130. recte editur: „nescio quis Aegyptius, atque Arabarches." Nihil enim impedit, quo minus eiusdem vectigalis exactor intelligatur. *Cuiacius* vero obseruatt. 8, 37. quanquam, vt *Turnebus* aduersarr. 27, 25. et *Vossius* in Etymologico, vtramque scripturam ferri posse innuit, tamen vbique mauult ἀλαβάρχης, vtens eam in rem verbis *Phauorini*, vel potius *Hesychii:* ἄλαβα· μέλαν, ᾧ γράφομεν, et comparans Latinum vsum, quo *scriptura* dicitur vectigalium ratio, et *magister scripturae* vocatur vectigalibus praepositus. At *Fullerus* l. l. satis hanc opinionem refellit, et apud *Iosephum* atque *Euseb.* legi quidem iubet ἀλαβάρχ. sed ita, vt hoc nomen deriuet ex Syriaco חלף, h. e. ἀντὶ, *pro, vice,* et ארכון siue in compositione ארכא, h. e. ἄρχων, et in compositione ἄρχης s. ἄρχος, atque adeo nomen ἀλαβάρχης explicat: *qui vice principis fungitur, magistratus Iudaicus potestate praesidis regii et imperatorii*, quemadmodum apud Arabas *Chalipha* dicitur Mahometi vi-

carius et successor. Ego quoque Fullero facile assentirer, si exempla, quae attulit, טטררכא et כילירכא, h. e. tetrarcha et chiliarcha, similia essent. In his vero additur res, cui vterque praefectus sit, quod in Alabarcha, si quidem notationem Fullerianam sequare, secus est. Accedit, quod in *Iustiniani* edict. XI. c. 2. Alabarcha et c. 3. sacrarum Alabarchiarum praefecti distinguuntur a praefecto apud Alexandrinos Augustali, et iunguntur sacrarum largitionum praeposito. Ex his enim apparet, Alabarchas plures fuisse, non vnum, et munus eorum ad pecuniarum rationes pertinuisse, et a munere summi magistratus diuersum fuisse. *Rhenferdius* contra in diss. de Arabarcha vel Ethnarcha Iudaeorum, 1702. 4. edita, et deinde operibus eius philologicis, supra laudatis, p. 584—613. inserta, vbique scribit Ἀραβάρχης, idque ortum putat ex הרב המנהיג *doctor rector.* Nam המנהיג est ὁ ἡγούμενος, quod ille interpretatur ὁ ἄρχων, ita vt Ἀραβάρχης sit, *qui omnes synagogas gubernat, pactaque et decreta curat.* Quam rationem equidem valde contortam arbitror esse. Praeterea tales praefecti vocantur ἀρχισυνάγωγοι vel patriarchae. *Ruffinus* apud Iosephum et Eusebium ἀλαβάρχην vertit *principem* vel *praefectum salis.* Vnde *Bulengerus* de vectigalib. pop. Rom. c. 21. legendum coniicit ἀλασάρχης vel ἀλοσάρχης. Debebat saltem ἁλιάρχης. Etiam *Burmannus* de vectigalib. P. R. c. 8. p. 125. quod miror, per Alabarchem intelligit *magistratum, qui vectigal salis curabat.* Quodsi quis coniecturis delectetur, possit et Ἀραβάρχην et Ἀλαβάρχην explicare per ναύαρχον. Nam et ארבא et אלפא significat *nauem.* Possit etiam Ἀραβάρχης descendere videri a nomine עֲרָבָה, quod etiam in versione Alexandrina Ierem. 52, 7. legitur, vt in-

telligatur praefectus agrorum et villarum totius alicuius prouinciae. Sed praestat, in vniuersum intelligere magistratum Iudaeorum, inprimis Alexandrinorum, magnae auctoritatis et potestatis, cuius munus maxime pecuniarum rationes spectaverit, sed de origine vocabuli, te nihil scire, fateri. *Bochartus* in fine Hierozoici nomen Ἀλαβ. vocat semi-Aegyptium, sed non interpretatur, neque *Iablonskius* in collectione vocum Aegyptiacarum quicquam de eo attulit. *Valesius* et *Turnebus* ll. ll. dicunt, illud per risum et contumeliam confictum, nihil tamen addunt, quomodo hoc velint intelligi, aut cur ita statuendum sibi videatur. Caeterum, praeter *Turnebum*, vix quisquam ex iis, quos laudaui, mentionem fecit epigrammatis *Palladae Alexandrini:* (in *Brunckii* analectt. T. II. p. 413. n. XXX.) ἐξότε γὰρ καὶ τοῦτον ὄνον χαλεπὸς χρόνος ἔσχεν, ἐξ ἀλαβαρχείης, γραμματικοῦ γέγονε. Scholiastes ibi: ἢ ἐκ κεραμικῆς. Ἀλάβαρχοι γὰρ λέγονται οἱ κεραμεῖς. Quae explicatio si vera est, quomodo cum locis supra allatis conciliari, et quae nominis notatio excogitari possit, non ego video. Sed haud dubie aliena illa est a poetae consilio, quanquam *Iacobsio* (animaduu. in Anthologiam Graec. Vol. II. P. III. p. 216.) vnice probata. Nam vt taceam, nullum huius vsus exemplum reperiri, ad ridendam misellam grammaticorum pauperiem efficacius est, si asellus ex aedibus Alabarchae, hominis diuitis et luxuriosi, vbi hordei omninoque pabuli satis esse verisimile est, quam si e figuli taberna, vbi non minus quam apud grammaticum res angusta, in huius domum vendi fingitur.

ἀνεμόσουρις, *turbo*, et *ventilabrum*. *Olympiodorus* praefat. in *Aristot.* meteorol. lib. 3. ταύτην τὴν συστροφὴν ὁ μὲν ποιητὴς θύελλαν καλεῖ·

Ἀριστοτέλης δὲ τυφῶνα, οἷον τυπῶνα, διὰ τὸ τύπτειν σφοδρῶς, καὶ ῥηγνύναι στερεὰ σώματα· ναῦται δὲ σίφωνα, διὰ τὸ δίκην σίφωνος ἀνασπᾶν τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης· οἱ δὲ Ἀλεξανδρεῖς τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ ἀνεμόσυριν, διὰ τὸ ἐοικέναι κυκλανέμοις γυναικείοις, ἅπερ ἀνεμόσυριν καλοῦσιν ἐπιχωριάζοντες. Quae h. l. memorantur κυκλάνεμα, haud dubie sunt *rotunda ventilabra*, vel *flabella*.

Ἀντινόειος στέφανος Alexandriae nominabatur corona quaedam, texta e loto in agro Antinoite nascente. Scilicet duplex ibi lotus nascebatur: alter coloris fere rosei, e quo nectebantur coronae illae proprie Ἀντινόειοι dictae, alter cyaneo colore, e quo fiebant coronae, quas *lotinas* vocabant. v. *Athenae*. 15, p. 677. D. Cf. *Salmas*. exercitatt. in *Solin*. p. 685. sq.

ἀπανθρακίς. *Diocles Carystius* apud *Athenae*. 3, p. 110. B. ἡ ἀπανθρακίς ἐστι τῶν λαγάνων ἁπαλωτέρα. ἔοικε δὲ καὶ οὗτος ἐπ᾽ ἀνθράκων γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ ὁ παρ᾽ Ἀττικοῖς ἐγκρυφίας· ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς τῷ Κρόνῳ ἀφιεροῦντες, προτιθέασιν ἐσθίειν τῷ βουλομένῳ ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ. Posui totum locum, quia dubium videbatur, annon verba postrema, ὃν καὶ — ἱερῷ, pertinerent ad ἐγκρυφίαν potius, quam ad ἀπανθρακίδα, cum ἐγκρυφίας saepe sit in versione Alexandrina, vt Gen. 18, 6. Exod. 12, 39. Num. 11, 8. ἀπανθρακὶς nunquam. Mihi tamen magis placet, vt ad ἀπανθρακίδα referantur, non quidem, quia *Athenaeus* 7, p. 329. B. vtitur verbo ἀπανθρακίζειν. Nam *Eustathius* ad Il. α, p. 135, 23. Ἀττικοὶ δὲ, inquit, ἀπανθρακίζειν τὸ ὀπτᾶν λέγουσιν. Cf. *Pierson*. ad *Herodian*. Philetaer. p. 451. Sed quia minus de verbo, quam de re ipsa, agitur. Caeterum ἀπανθρακὶς scribi-

tur et ἐπανθρακὶς, quia tales panes s. placentae parantur ἐπ' ἀνθράκων, sed comeduntur ἀπ' ἀνθράκων. v. *Schweighäus.* animaduu. ad *Athen.* T. II. p. 261.

Ἀραβάρχης, v. Ἀλαβάρχης.

ἀστακοὶ vocabatur Alexandriae genus quoddam locustarum vel cancrorum, qui Atticis dicebantur ὀστακοί. v. *Athenae.* 1, p. 7. B. 3, p. 104. F. et p. 105. B. Cf. *Hesych.* in v. ὀστακός. Sic supra vidimus, Macedonas ἀβροῦς pro ὀφρῦς dixisse. Caeterum ὁ ἀττάκης verisimiliter magis sapit Alexandrinam dialectum, quippe Aeolicae in multis similem. Atque sic legitur Leuit. 11, 22. Cf. *Bochart.* hieroz. 4, 2. P. II. p. 449.

ἀφαρεὶ in Alexandrinorum sermone idem significabat, quod ἐσπουδασμένως, ταχέως, ἀπερισκέπτως. v. *Etymol. M.* p. 175, 24. qui tamen l. 14. ἀφαρεὶ eadem notione dicit Ionum esse et Ephesiorum. Vtroque in loco addit ποιεῖν τι ἢ λέγειν s. φθέγγεσθαι, quasi ἀφαρεῖν legendum, et verbum, non aduerbium, putandum sit. Et sane mihi quidem id placet. Certe turbata etiam videntur haec *Schol. Hom. Villois.* ad Il. κ, 165—167. p. 248. a. ἀπὸ δὲ τοῦ ἄφαρ ἔοικεν ἐν συνηθείᾳ εἶναι τῶν Ἀλεξανδρέων τὸ λέγειν, τὸ ἐσπευσμένως, ἄφαρ πεποίηκε, τὸ ἐσπευσμένως καὶ τεθορυβημένως. Et *Hesych.* ἀφαρεῖ interpretatur verbis ἱδροῖ, ἀνιμᾶται, i. e. *sudat, ideoque sine pallio res suas agit.*

βαίων, quod alias erat piscium genus (v. *Athenae.* 7, p. 288. A.), Alexandriae erat nomen mensurae, teste *Hesychio.*

βαυκαλὶς fuit poculum quoddam, vel certe vas vinarium. v. *Athenaei* fragmentum primo a *Casaub.* in animaduu. ad *Ath.* p. 784, 27. editum, deinde a *Schweighäusero* libro XI. insertum T. IV. p.

224. Quale fuerit, et cur l. l. a *Sopatro* τετράκυκλος appelletur, nemo facile dixerit. In *Nicarchi* epigrammate (apud *Brunck*. analectt. T. II. p. 357. n. XXXIV.) est: εἰς τὸ θέρος χαλκῆν βαύκαλιν ἠγόρασας, np. ad refrigerandum vinum. v. omnino *Schweighäus*. animaduu. in *Ath*. T. VI. p. 62. sq.

βῆσσα fuit poculum quoddam, latius ab inferiore parte, a superiore angustius. v. *Athenaei* fragment. modo laudatum. *Casaubonus* in animaduu. p. 817, 43. legendum coniicit βήσας, quia in *Hedyli* epigrammate (apud *Athenae*. 11, p. 497. D. et ap. *Brunck*. T. I. p. 484. n. IV.) legitur βῆσαν (*Brunck*. secutus *Salmasium* ad *Solin*. p. 449. edidit Βῆσαν) Αἰγύπτιον. Et *Eustath*. ad Odyss. α, p. 1405, 16. vbi verba *Athenaei* affert, diserte dicit: βῆσα γραφομένη δι' ἑνὸς σίγμα. Sic *Hesych*.: βησίον· ποτήριον. v. *Albert*. ad h. l. et *Hemsterh*. ad *Poll*. 10, 68. qui opportune monet, a Coptis nunc quoque poculum appellari πίβασα vel πίβησα. Caeterum nomen ipsum non a Bessis, Thraciae populo, deduxerim (hi enim Βέσσοι scribuntur), sed a Chaldaico בָּסָא siue בֵּיסָא, quod constat vas sacrum fuisse, miscendo sacrificio vespertino.

βλακεννόμιον. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τέλος τι βλακεννόμιον, ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσι, διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς. *Etymol. M*. p. 199, 10. et *Suid*. in v. βλάκα.

δεικτηριὰς, *prostibulum*. Saltem *Dalechampius* apud *Athen*. 13, p. 576. extr. ita explicat, probante *Schweighäusero* animaduu. T. VII. p. 117. *Athenaeus* enim e *Polyb*. 14, 11. retulit haec: αἱ κάλλισται τῶν οἰκιῶν Alexandriae οὐ Μυρτίου καὶ Μνησίδος καὶ Ποθεινῆς προσαγορεύονται; καίτοι Μνησὶς μὲν ἦν αὐλητρὶς καὶ

Ποθεινὴ, Μύρτιον δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικτηριάδων.

ἐλαιεμπορία, *munus coëmendo publice oleo occupatum.* Ita enim cum *Guil. Budaeo* (annotatt. reliqu. in Pandectas p. 377. B. ed. Basil. 1557. fol.) pro *elemporïa* reponendum arbitror in loco Digest. lib. 50. tit. 4. l. ult. §. 19. „*Elemporia* „et *ospratura* apud Alexandrinos patrimonii mu„nus existimatur.“

ἑλικτοὶ στέφανοι καλοῦνται παρ' Ἀλεξανδρεῦσι μέχρι καὶ νῦν. *Athenae.* 15, p. 679. F. Fortassis Alexandrini hoc coronarum genus a Cilicibus acceperunt. Cf. quae supra ad not. 32. ex *Heraclide* attulimus. Certe ἑλικτὸν βόστρυχον commemorat *Theodectes Phaselites* apud *Athenae.* 10, p. 454. E. Sed βοστρύχων ἑλικτῶν meminit *Clemens Alex.* paedag. 2, 10, p. 198. D. βόστρυχον αὐτοέλικτον habet *Christodorus* Coptita v. 269. in *Brunckii* analectt. T. II. p. 466. Sed 1 Reg. 6, 8. est ἑλικτὴ ἀνάβασις, et Lev. 6, 21. ἑλικτὰ sunt *placentae tortiles* s. *tortae.*

ἐξειλῆσαι. τοῦτο λέγουσιν οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐπὶ τοῦ ἐκφυγεῖν. *Etymol. M.* p. 348, 12. qui etiam explicare conatur, quomodo haec notio tribui verbo isti potuerit, et *Phauorin.*

ἐξηγητὴς, v. praefat.

ἐπίδομα. *Athenae.* 8, p. 364. F. ὀνομάζουσι δ' οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐπιδόσιμά τινα δεῖπνα, ἅπερ Ἀλεξανδρεῖς λέγουσιν ἐξ ἐπιδομάτων.

ἐπίσταλμα· ἔνταλμα, ἐντολὴν, ἢ ἐπιστολήν. ἐπίσταλμα βάρβαρον, ἐπιχωριάζον Ἀλεξανδρεῦσι. *Phauorin.* Sic *Iustinianus* Imp. in Codice lib. 7. tit. 37. l. vlt. *ex epistalmate nostro.*

ἐπιχειμάζεις σαυτὸν Μένανδρος εἴρηκεν ἐπὶ τοῦ λυπεῖν. καὶ Ἀλεξανδρεῖς ὁμοίως. *Phrynich.* p. 172. Sic fere explicanda videntur Prou. 26, 10.

πολλὰ χειμάζεται πᾶσα σὰρξ ἀφρόνων, vbi in Hebr. est מְחוֹלֵל, et in epigr. CCCCV. T. III. analectt. *Brunck*. p. 237. οὐκ ἔστι γῆμας, ὅστις οὐ χειμάζεται. Apud Atticos quid sit χειμάζεσθαι, docent hi loci: *Thucyd*. 8, 32. χειμασθεισῶν τῶν νηῶν. vbi Schol. διασπαρεισῶν ὑπὸ χειμῶνος. c. 80. νῆες χειμασθεῖσαι. Schol. ταραχθεῖσαι ὑπὸ χειμῶνος. *Plutarch*. de def. orac. c. 30. οἱ Τυνδαρίδαι τοῖς χειμαζομένοις βοηθοῦσιν. Cf. eiusd. apophth. regum p. 115. T. VIII. ed. *Hutten*. quaestt. Graec. c. 58. *Plat*. Phileb. T. II. opp. p. 29. B. *Sophocl*. Oedip. Tyr. 101. Metaphorice quidem, sed primae notionis ratione habita, legitur apud *Palladam* Alexandrinum epigr. CIV. T. II. ed. *Brunck*. p. 428.

ἐφθοπώλια, *popinae in quibus cocta vendebantur, tabernae coctiliciae*, vocabulum dialecti Alexandrinae fuisse, colligit *Casaubonus* animaduu. in *Ath*. p. 179, 33. e verbis *Athenaei* 3, p. 94. C. ὥσπερ ἔθος ἐστὶν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν λεγομένοις ἐφθοπωλίοις. vbi hoc nomine vsus esse dicitur *Posidippus* Comicus, qui putatur gente Macedo fuisse.

ζυγοστάσιον Alexandriae vocatum fuit *munus libripendis siue libratoris*. Codex Iustinian. lib. 11. tit. 27. l. 1. „in aestimatione frumenti, quod „ad ciuitatem Alexandrinam conuehitur, quic„quid de *crithologia* et *zygostasii* munere Emi„nentia tua disposuit.“ Ipsi libripendes appellantur ζυγοστάται. Ibidem lib. 10. tit. 71. l. 2. „de qualitate solidorum placet, quem sermo „Graecus *zygostaten* appellat, per singulas ciui„tates constitutum, — contentionem dirimere.“ Cf. *Budaeus* l. l. p. 359. B. Hinc ζυγοστατεῖν proprie est *librare*, sed improprie vario modo dicitur, vt apud *Polyb*. 6, 10. ζυγοστατούμενον

τὸ πολίτευμα, *nulla ratione mutatus reip. status.* 1, 20. ἐζυγοστατεῖτο αὐτοῖς ὁ πόλεμος, *aequo Marte gerebatur. Alciphr.* 2, epist. 2. p. 218. edit. *Bergler.* οὐ ζυγοστατήσω πάντας αὐτοὺς πρὸς τὸν Τιμάρχου βραχίονα, *aequabo* s. *comparabo cum brachio.*

ἡμίνηρος. *Athenae.* 3, p. 121. B. ὁ ποτάμιος κορακῖνος, ὃν πέλτην τινὲς καλοῦσιν, ὁ ἀπὸ τοῦ Νείλου, ὃν οἱ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰδίως ἡμίνηρον ὀνομάζουσιν. Cf. p. 118. F. et p. 119. A. et *Bochart.* hieroz. 6, 16. extr. p. 888, 57.

ἱππόδρομος quin Athenis dictus fuerit *circus*, nemo dubitat. Sed cur interpretes Alexandrini hoc vocabulo vsi sint, vt Gen. 35, 19. et 48, 7. cum nescire se fassus esset *Hieronymus* quaestt. ad Gen. II. II. T. III. opp. p. 144. H. rationem *Hodius* l. l. p. 114. maxime probabilem attulit hanc, quod Alexandriae quoque fuerit *hippodromus*, (v. *Strab.* 17, p. 795. C. *Plut.* in Antonio c. 74.) qui non potuerit ignotus esse interpretibus illis. Istum autem hippodromum a Ptolemaeo Lagida exstructum fuisse, docere possunt haec verba *Epiphanii* de ponderib. et mensuris p. 537, 8. ed. Basil. 1544. fol. ἐπαύσαντο οἱ Λαγίδαι βασιλεύειν, οἱ ἀπὸ τοῦ Λάγου δηλονότι καταγόμενοι Πτολεμαῖοι, ὅς ἱππικὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατασκευάσας, Λάϊον ὠνόμασεν. modo cum *Bocharto* hieroz. P. I. 2, 26. p. 264. pro τοῦ Λάγου legas τοῦ τοῦ Λάγου, sc. υἱοῦ, (vel potius τοῦ Λάγου per ellipsin nominis υἱοῦ explices) et Λάγιον pro Λάϊον. Caeterum ἱπποδρόμου mentio est etiam 3 Maccab. 4, 11. 5, 46. Cf. *Bielii* nouus thes. philolog. in h. v.

καθὼς pro καθὰ vel καθὸ reiiciunt plerique grammaticorum simpliciter, nulla dialecti Alexandrinae mentione facta, vt *Phrynichus* p. 188. qui *Phylarchum*, auctorem non idoneum, (cuius loci

sunt apud *Athenae.* 2, p. 58. C. et 4, p. 150. C.) eo vsum esse dicit, item *Thomas Mag.* p. 488. et *Phavor.* in v. καθὰ et καθότι. Sed *Manuel Moschopulus* in sylloga nominum Atticorum, ad literarum ordinem conscripta, quam primum *Franc. Asulanus* ad calcem lexici sui Venet. 1524. fol. edidit, deinde *Mich. Vascosanus* separatim Paris. 1532. 8. ita praecipit: τὸ καθὰ οἱ 'Αττικοὶ χρῶνται, τὸ δὲ καθὼς οὐδέποτε, ἀλλ' ἡ τῶν 'Αλεξανδρέων διάλεκτος, καθ' ἣν ἡ θεία γραφὴ γέγραπται. Laudarunt haec verba iam *Fabricius* biblioth. Graec. Vol. VI. ed. *Harles.* p. 191. *Hodius* in opere saepe laudato 2, 4. p. 112. *Oudendorp.* ad *Thom. Mag.* aliique. Sed ad hunc ipsum *Thomae* locum miror *Trillerum*, strenuum illum purae librorum sacrorum Graecitatis propugnatorem, ne vnum quidem verbum attulisse ad Thomam refellendum, cum tamen haec aduerbii forma non solum in libello de mundo, qui vulgo *Aristoteli* tribuitur, c. 5. extr. legatur, sed etiam in *Herodoti* editionibus fere omnibus 9, 81. κατὰ ταὐτὰ, καθὼς Μαρδονίῳ. Sane ego quidem nullo modo probum hoc adverbium haberi posse arbitror. Nam libellus ille „de mundo" ab Aristotele profectus putari vix potest, et quamuis hunc philosophum auctorem haberet, tamen, cum ille et gente Macedo fuerit, et diu in aula regum Macedonicorum versatus, ad defendendum καθὼς nequaquam aliquid valeret. Deinde quod ad *Herodoti* locum attinet, non negligendum est hoc *Phrynichi* p. 116. in v. ἀνέκαθεν praeceptum: οὐ μὴν τῷ ὑφ' 'Ηροδότου εἰρῆσθαι τὸ δόκιμον τῆς χρήσεως παρέχεται. Cf. *Thom. Mag.* p. 78. Et *Schaeferus* in loco Herodoteo haud dubie recte rescripsit sic: κατὰ ταὐτὰ καὶ Μαρδονίῳ. Similiter apud *Aristoph.* Equu. 713. vul-

go quidem editur καθώσπερ, sed *Dawesius* miscell. crit. p. 247. ed. 2. acute vidit scribendum esse κἄθ' ὥσπερ. quod vtique magis placet, quam καθάπερ, quod *Suidas* in v. τίτθαι, locum illum laudans, posuit. Neque magis in *Xenoph.* Cyrop. 1, 4, 22. ferri potest codicum MSS. quorundam lectio καθὼς εἶχεν, pro κατέχων. Omninoque in Atticorum libris nullum, qui quidem sanus sit, locum reperias, quo vti possis ad defendendam aduerbii καθὼς probitatem: saepissime vero illud legas in libris auctorum, vel minus pure scribentium, vel certe recentiorum, vel Dorica dialecto vtentium. Sic καθὼς habent *Athenae.* 7, p. 299. A. 11, p. 489. E. 15, p. 680. D. *Machon* apud eundem 13, p. 579. D. *Socrates Rhodius* ibid. 4, p. 148. A. *Menander* ibid. p. 166. A. *Cornel. Longinus* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 200. n. II. *Strato Sardianus* ibid. p. 359. n. I. *Palladas Alexandrinus* ibid. p. 430. n. CXIII. *Apollodorus* 2, 3, 1. *Clemens Alexandr.* paedag. 1, 6. p. 92. B. et 98. A. 2, 10. p. 189. B. 2, 11. p. 205. C. 3, 1. p. 215. B. stromm. 1, p. 328. B. 330. A. 331. A. 340. D. 342. C. 2, p. 389. C. 3, p. 455. A. 456. C. 467. C. 6, p. 671. B. *Apollonius Dyscolus* de syntaxi p. 9, 9. 22, 29. 32, 7. 35, 2. 37, 12. et saepissime. *Hermes* apud *Stobae.* ecl. phys. c. 52. p. 802. *Alexander Aphrodis.* problemm. 2, 59. et 66. *Plutarch.* de Pythiae orac. c. 21. Geoponica 4, 1, 4. 7, 19, 3. 15, 2, 35. Tabulae Heracleenses, ab *Alexio Symmacho Mazochio* editae Neap. 1754. fol. (v. *Mazochii* lexicon Heracleoticum p. 285.) *Hesychius* in v. καὶ ἥ φησι, in ὡς εἶχεν, in ὥς ὅγε, etc. *Tzetzes* ad *Lycophr.* 156. 227. 654. 886. 894. *Phauorin.* in v. ἥ. *Schol. Apoll. Rhod.* 2, 345. *Schol. Eurip.* Hecub. 488. Orest. 909. Hippol. 179. 672. *Schol. Theocrit.* 11, 66.

Versio Alexandrina Num. 26, 54. Iud. 20, 31. etc. Scriptores N. T. vt Matth. 21, 6. 26, 14. Marc. 4, 33. etc. *Philoni* quoque excidit, de opif. mundi T. I. p. 41, 46. Etiam *καθώσπερ* passim reperitur, vt apud *Tzetz.* l. l. ad v. 1217.

Κάνωπος, teste *Phauorino*, fuit nomen loci cuiusdam, in vrbe Alexandria. Quae si vere tradita sunt, videtur fuisse locus, cultui Canopi dei destinatus.

κολοκάσιον ab Alexandrinis vocabatur radix ciborii seu fabae Aegyptiacae. v. *Athenae.* 3, p. 72. B. D. et p. 73. A. et *Dioscorid.* 2, 99. Cf. interpp. *Virgil.* ad ecl. 4, 20. et *Schweighäus.* ad *Athen.* l. l.

κόνναρος dicebatur ab iisdem arbuscula quaedam, cuius descriptionem verbis *Agathoclis Cyziceni* dedit *Athenae.* 14, p. 649. F.

κόροιφος, *virginum corruptor. Schol. Theocrit.* 4, 62. *οἰφεῖν τὸ συνουσιάζειν. οὕτω καὶ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν κόροιφος λέγεται ὁ κόρην οἰφώμενος.* Haec ipsa in lexicon suum transscripsit *Phauorin.* in v. *οἰφεῖν.*

κριθολογία, munus eorum magistratuum, qui *κριθολόγοι* vocabantur. v. supra *ζυγοστάσιον.* Quales autem apud Opuntios saltem *οἱ κριθολόγοι* fuerint, cognosci potest e *Plutarch.* quaestt. Graec. c. 6.

κυβιοσάκτης, *salsamentarius, qui salsamenta componit et vendit.* *Strabo* 17, p. 796. B. *μετεπέμψαντο (οἱ Ἀλεξανδρεῖς) ἄνδρα ἐκ τῆς Συρίας Κυβιοσάκτην τινά* (quem nomine proprio Seleucum appellat *Dio Cass.* 39, 57.). — *τοῦτον ἀπεστραγάλλισεν ἡ βασίλισσα, οὐ φέρουσα τὸ βάναυσον αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀνελεύθερον. Sueton.* Vespas. 19. »Alexandrini *Cybiosacten* eum (Ve»spasianum) vocare perseuerauerunt, cognomine »vnius e regibus suis turpissimarum sordium.« Scilicet cum *κύβιον* sit *pelamis concisa* particu-

latimque consecta, interprete *Plinio* H. N. 32, 11. (Cf. *Athenae.* 3, p. 116. E. p. 118. B. et *Schweighäuseri* animaduerss. Vol. II. p. 314. et 326.), neque solum frustum, quadratae quidem haud dubie figurae, sed etiam sale conditum, quod ex *Athenaei* locis intelligitur, σάττειν autem proprie sit *onus iumento imponere*, sed, quia id faciunt mercium vectores, accipi etiam pro ἐμπορεύεσθαι possit: facile patet, κυβιοσάκτην recte explicari nomine ταριχέμπορος vel ταριχοπώλης. v. *Casaub.* ad *Strab.* l. l. qui praeclare etiam ex lib. ad Herenn. 4, 54. obseruat, quam contemtum hominum genus fuerint salsamentarii: e quo vis et venustas scommatis perspicitur.

Λαγεῖον seu

Λάγιον, v. ἱππόδρομός.

λαγυνοφόρια, ἑορτή τις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Athenae.* 7, p. 276. A. vbi *Eratosthenes* quaedam attulit de modo, quo celebrata fuerint.

λαῦρα εὐδαιμόνων nominabatur ea vrbis Alexandriae pars, ἐν ᾗ πάντα τὰ πρὸς τρυφὴν ἐπωλεῖτο. v. *Clearch.* apud *Athen.* 12, p. 541. A. Scilicet λαύρα siue λάβρα (v. *Casaub.* ad *Athen.* p. 848. et *Doruill.* ad *Charit.* 1, 4. p. 226. ed. Lips.) significabat *vicum*, *plateam*. v. *Hesych.* et quos ibi *Alberti* laudauit, quibus add. *Matthaei* lectt. Mosqu. Vol. II. p. 87. Sed in *Hermesianactis* versu 65 apud *Athen.* 13, p. 598. D. vbi λαῦραι Macedoniae tribuuntur, interpres non male hoc nomen Latine reddidisse videtur *lupanaria.* Cf. *Schweighäus.* animaduu. T. VII. p. 244.

λώτινοι στέφανοι, v. supra Ἀντινόειος.

Μενδήσιοι, pisces pessimi saporis, ὧν οὐδ' ἂν μαινόμενος κύων γεύσαιτο ἄν ποτε. v. *Athenae.* 3, p. 118. F. Cf. *Xenocrates* de alimento ex aquatilibus c. vlt. vbi videntur annumerari piscibus esu suauibus. Putem eos nomen nactos esse a

loco, vbi frequentissimi fuerint. Certe νομὸν Μενδήσιον memorat *Herodot.* 2, 42. et μύρον Μενδήσιον *Athenaeus* 15, p. 688. F.

μόναυλος. *Athenae.* 4, p. 175. E. ἡμῶν τῶν Ἀλεξανδρέων κατατρέχεις ὡς ἀμούσων, καὶ τὸν μόναυλον συνεχῶς ὀνομάζεις ἐπιχωριάζοντα παρ' ἡμῖν. v. infra φώτιγγες. Cf. *Athen.* 4, p. 174. B. *Eustath.* ad Il. σ, 494. *Poll.* 4, 75. Sic apud *Plut.* in Caesare c. 52. memoratur ἀνὴρ Λίβυς μοναυλῶν.

μονόσιροι ὄρνεις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἴγυπτον εἰσὶ, ἐξ ὧν οἱ μάχιμοι ἀλεκτρυόνες γεννῶνται Geoponn. 14, 7, 30.

μορέα siue μορέη vocabatur ab Alexandrinis *morus* arbor, cum *morum* fructum siue συκάμινον dicerent μόρον. v. *Athenae.* 2, p. 51. B. E. vbi plura hanc in rem disputantur. Cf. *Diodor. Sic.* 1, 34. *Salmas.* exercitatt. Plin. p. 328. A. Et μόρον quidem sic legitur 1 Maccab. 6, 34.

νεκρόπολις Alexandriae fuit προάστειον, ἐν ᾧ κῆποί τε πολλοὶ, καὶ ταφαὶ, καὶ καταγωγαὶ πρὸς τὰς ταριχείας τῶν νεκρῶν ἐπιτήδειαι, teste *Strabone* 17, p. 795. A. Cf. p. 799. C.

ὀσπριωνία, *munus comparandorum leguminum.* Ita quidem cum *Budaeo* l. l. p. 377. B. et explico et scribo pro *ospitatura* siue *uspratura.* v. supra ἐλαιεμπορία.

παγκαρπία erat Alexandriae genus quoddam placentae, ex itriis contritis et cum melle coctis. v. *Harpocration Mendesius* apud *Athenae.* 14, p. 648. B. Legitur hoc nomen in loco *Anticlidis* apud eund. 11, p. 473. C.

παλίουρος, arbor pomifera, similis connaro, et diuersa a paliuro Graeciae, ab *Euripide* memorata Cyclop. 393. v. *Athenae.* 14, p. 649. sq. *Plin.* H. N. 13, 19. *Columell.* R. R. 7, 9. et *Salmas.* l. l. p. 729. E.

Πανεῖον in Attica fuit sacellum Pani sacratum (v. *Strab.* 9, p. 398. D.), sed Alexandriae non solum hoc, verum etiam ὕψος τὶ χειροποίητον, στροβιλοειδὲς, ἐμφερὲς ὄχθῳ πετρώδει, διὰ κοχλίου τὴν ἀνάβασιν ἔχον· ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς ἔστιν ἀπιδεῖν ὅλην τὴν πόλιν ὑποκειμένην αὐτῷ πανταχόθεν, quae sunt verba *Strabonis* 17, p. 795. B.

περισσοχορηγία memoratur in lege Imperatorum Theodosii et Valentiniani, vbi de rebus Alexandrinae ciuitatis agitur, in Codicis lib. 11. tit. 27. l. 2. Verba sunt: »*perissochoregiae* nomen penitus amputetur.« Vbi significari videtur *insignis et modum excedens frumenti largitio.* Cf. *Budaei* annotatt. in Pandectas p. 182. D.

περίστυλον siue περιστύλιον esse locum columnis circumquaque septum, notissimum est. v. *Vitruu.* 6, 9. *Cic.* p. Domo c. 44. *Sueton.* Aug. 82. vbi *Casaub.* atrii partem interpretatur, sed ad c. 29. aream sub dio, columnis cinctam, quem locum etiam *impluuium* dictum et proprie *atrium* fuisse ait. Atque sic, vel de columnis ipsis, accipiendum videtur Ezech. 40, 17. περίστυλα κύκλῳ τῆς αὐλῆς. v. 18. αἱ στοαί. τὸ περίστυλον τὸ ὑποκάτω. Cf. 42, 3. et 5. In quibus locis omnibus est pars templi, vt 2 Maccab. 4, 46. pars regiae, vbi Antiochus frigus captabat, prorsus vt Augustus apud *Sueton.* c. 82. Latius vero περίστυλον patet in loco 3 Maccab. 5, 23. τὰ θηρία (elephantos) ὁ Ἕρμων (qui v. 4. ἐλεφαντάρχης vocatur) ἐν τῷ μεγάλῳ περιστύλῳ διεκίνει. Cum enim e v. 2. pateat, quingentos elephantos fuisse, qui vix exerceri possint in vlla domus alicuius parte: *Bocharto* hieroz. 2, 26. P. I. p. 264. intelligi videtur Alexandriae pars, vel platea, a columnis, quibus ambiebatur, περίστυλον appellata. Cuiusmodi plateam in illa ipsa vrbe his ver-

bis describat *Achilles Tatius* 5, 1. στάθμη μὲν κιόνων ὄρθιος ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν Ἡλίου πυλῶν ἐς τὰς Σελήνης πύλας. — ἐν μέσῳ δὲ τῶν κιόνων τῆς πόλεως τὸ πεδίον, ὁδὸς δὲ διὰ τοῦ πεδίου πολλή, καὶ ἔνδημος ἀποδημία. Quem locum ita explicat: inter columnas illas tam latam fuisse plateam, vt pro campo haberi potuerit, in quo deambulatio fuerit peregrinationis species. (*Bergerus* vero per πεδίον *forum* intelligit.) Poterat etiam *Strabonis* 17, p. 795. B. verba afferre: κάλλιστον τὸ γυμνάσιον Alexandriae, μείζους ἢ σταδιαίας ἔχον τὰς στοὰς ἐν μέσῳ. quanquam gymnasium istud non intelligi per περίστυλον puto. Et p. 793.

πλάτακας nominabant Alexandrini coracinos Niloticos. v. *Athenae.* 7, p. 309. A. qui addit ἀπὸ τοῦ περιέχοντος, quae verba olim cum *Dalechampio* intellexeram sic: ob latam eorum figuram. Nunc placet *Schweighäuseri* T. IV. animaduu. p. 305. interpretatio: *nomine a toto genere petito, nomine generali*, quod de toto genere latorum piscium intelligendum videri poterat.

πόλις ab iisdem κατ' ἐξοχὴν dicebatur Alexandria, vt Athenae ab Atticis ἄστυ. v. *Eustath.* ad *Hom.* Odyss. α, p. 1383, 5. et κ, p. 1650, 42. Sic legitur nomen 3 Maccab. 4, 11. 12. 5, 24. etc. Sed res per se patet.

σκυταλίδες — παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι εἶδος καρίδων. Etymol. M. p. 720, 46. Nomen hoc iis datum videtur ab oblonga figura.

ὕδραυλις, εἴτε τῶν ἐντατῶν αὐτὸ θέλεις, εἴτε τῶν ἐμπνευστῶν, Ἀλεξανδρέως ἐστὶν εὕρημα, κουρέως τὴν τέχνην· Κτησίβιος δ' αὐτῷ τοὔνομα. *Athenae.* 4, p. 174. B. Cf. sequentia et *Eustath.* ad *Hom.* Il. σ, 494. p. 1214, 26. ed. Basil. De inuentore consentit etiam *Plin.* H. N. 7, 37.

item *Hedylus* in *Brunck.* analectt. T. I. p. 484. n. IV.

ὑπομνηματογράφος, *commentariorum scriba, commentariensis.* Fuit magistratus Aegyptius. v. *Strab.* 17, p. 797. C. ibique *Casaub.* qui idem vir doctus ad *Sueton.* Aug. 79. ostendit, Latine etiam dici *a memoria.* Commemorantur *hypomnematographi* in Cod. lib. 10. tit. 31. l. 59. vbi de Alexandrinis agi videtur. Vnde idem nomen venit in versionem Alexandrinam, vt 1 Paral. 18, 15. Ies. 36, 3. vbi *Hieronymus* T. V. opp. p. 121. Latine reddit *a commentariis.* Cf. *Budaei* annotatt. reliq. in Pandectas p. 339. B. et *Salmas.* ad *Spartiani* Adrian. 11. p. 107. qui interpretatur *optionem* (v. Digest. lib. 48. tit. 20. l. 6. vbi *commentariensis* synonymum est), h. e. *carceris praepositum.* Eodem modo *Scaliger* ad *Manil.* 5, 538. p. 416. ed. Argent. 1655. 4.

φυλάκια· παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι, τὰ ἐκμαγεῖα τῶν γυναικείων μολυσμῶν. *Suid.*

φώτιγγες ab Alexandrinis dicebantur tibiae ex loto factae, h. e. ligni quodam genere, quod in Libya nascitur. v. *Athenae.* 4, p. 182. D. et *Eustath.* ad *Hom.* Il. σ, 494. p. 1214, 22. ed. Basil. Sic *Plut.* de solert. animm. c. 3. κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι καὶ ἵπποι σύριγξι καὶ αὐλοῖς, καὶ τοὺς παγούρους ἐκ τῶν χηραμῶν ἀνακαλοῦνται βιαζόμενοι ταῖς φώτιγξι. *Aelian.* H. A. 6, 31. τοὺς παγούρους φωτιγγίῳ (ὄνομα δὲ ὀργάνου τοῦτο) αἱροῦσιν. In *Plutarchi* loco fortasse legendum est τοῖς φώτιγξι. Certe *Athenaeo* semper est masculinum, non solum l. l. sed etiam p. 175. E. Ἰόβας Αἰγυπτίους φησὶ λέγειν τὸν μόναυλον Ὀσίριδος εἶναι εὕρημα, καθάπερ καὶ τὸν καλούμενον φώτιγγα πλαγίαυλον. — ἐπιχωριάζει γὰρ καὶ ὁ φώτιγξ αὐλὸς παρ' ἡμῖν, np. apud Alexandrinos.

His a me collectis videbamur posse acquiescere. Plura enim congerere nolui, cum alia quidem pateat pertinere ad res in vna modo Aegypti parte, vt in agro Alexandrino, praeprimis frequentes, sed quia his necessario nomen ab inquilinis imponendum fuit, aliis populis cum re ipsa ignotum, vix ideo putari posse peculiaris cuiusdam dialecti partes, qualia sunt etiam in mea collectione, vt Ἀντινόειος στέφανος, ἡμίνηρος, Μενδήσιοι, etc. alia vero appareat toti Aegypto communia fuisse, neque adeo, cui potissimum Graecorum in Aegypto degentium ciuitati nomen quodque debeatur, definiri a quoquam posse: cuius generis vocabula paragrapho sequenti collegi.

Multo magis, si possem, referre huc cuperem prouerbia Alexandrinorum. Et sane non solum *Seleucus*, grammaticus Alexandrinus, composuerat libellum περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν 41), sed etiam *Plutarchus* 42). Neuter vero ad nostra tempora peruenit. Nam *Seleuci* opus prorsus periisse consentaneum est. Illud autem opusculum, quod *Plutarcho* in codice aliquo Florentino tributum 43) primus Graece edidit *Gronouius* 44), deinde *Wyttenbachius* quoque et *Huttenus* suis Plutarchi operum editionibus adiunxerunt, ipso *Gronouio* iudice Alexandrini cuiusdam grammatici opusculum est, non Plutarchi, neque proverbia Alexandrinis própria continet. Ego quidem certe nihil in iis,

41) v. *Suid.* in Σέλευκος.

42) v. *Lamprias* de scriptis Plutarchi nr. 139. in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. V. ed. *Harles.* p. 164.

43) Ibi in fine libelli adduntur haec: Πλουτάρχου παροιμίαι, αἷς Ἀλεξανδρεῖς ἐχρῶντο. Sed in *Lampriae* catalogo librorum Plutarchi dicitur eodem prorsus modo libellus eius inscriptus fuisse, quo Seleuci opus inscriptum supra retuli.

44) in praefatione tomo decimo thesauri antiquitatum Graec praemissa.

quod Alexandrinum putari posset, reperi, nisi nr. III. ὀπισάμβρῳ. ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐν τοῖς πράγμασι προβαινόντων ἀεί· παρὰ τὸ ὀπίσω βαίνειν. E qua tamen interpretatione satis patet, cum *Wyttenbachio* legendum esse ὀπισαμβώ. Accedit *Eustath.* ad *Hom.* Il. λ, p. 862, 5. ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον λεξικῷ καὶ ὀπισαμβὼ εὕρηται, ἡ εἰς τοὐπίσω ἀναχώρησις. — nr. VI. κλειτοριάζεις. ἐπὶ τῶν παιδεραστούντων. Cf. *Hesych.* et *Suid.* — nr. XV. ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ. Cf. supra κόροιφος.

De mensibus Alexandrinorum vid. *la Nauze* rapport de l'ancien calendrier des Alexandrins avec le calendrier Julien des Romains; in *Mém. de l'Académie des Inscriptions* T. XVI. p. 188. sqq. Cf. *Noris* in libro, quem §. 10. not. 5. laudaui.

Quae de Alexandrinorum et scribendi et pronunciandi ratione olim collegeram, ea, cum etiam reliquis Graecis Aegyptum habitantibus vsitata fuisse viderentur, quamuis non omnia certa esse scirem, in paragraphum sequentem coniicienda existimaui.

Denique de structura verborum noua et insolenti, qua et ipsa scimus interdum magnam dialecto alicui proprietatem conciliari, commodius, opinor, dicetur §. 11.

§. 10.

Quae in prima huius libelli editione ex antiquis scriptoribus collegeram verba Aegyptiis vsitata, ea posthac valde quidem auxi, neque istius consilii vllo modo me poenitet. Nam Alexandriam, praeter Macedonas et Iudaeos aliosque fortassis, inprimis ab Aegyptiis fuisse habitatam, et ex horum lingua non pauca in Alexandrinam fluxisse, mihi quidem videtur esse sententia non modo probabilis, sed certa, quam etiam eo confirmari puto, quod a gram-

maticis aliisque scriptoribus veteribus dialectus Aegyptia et Alexandrina pro vna eademque nonnunquam putari reperiuntur [1]). Postquam vero conferre potui libros *Crozii* [2]), *Scholzii* [3]), *Schowii* [4]), inprimisque *Iablonskii* [5]), diligentissime illos scriptos, nolui actum agere, verum ex iis, quae proprie Aegyptia esse constaret, ea tantum huc congerenda censui, quae in versione V. T. Alexandrina reperiri vel in dialectum Alexandrinam migrasse scirem, aut de quibus possem Iablonskii maxime collectioni aliquid addere; quae autem scriptores veteres Aegyptiis quidem vsitata fuisse dicunt, sed quae apparet

1) Sic μόναυλος, de quo §. 9. exposui, *Polluce* 4, 75. auctore fuit εὕρημα Αἰγυπτίων, sed ab *Athenaeo* 4, p. 174. B. Alexandrinis frequens fuisse dicitur. Aliud, et luculentius, ni fallor, hanc in rem exemplum paulo post apparebit in v. ἀθηρά. it. in v. ζύθος.

2) v. Lexicon Aegyptiaco-Latinum, ex veteribus illius linguae monumentis collectum et elaboratum a *Maturino Veyssiere la Croze*, quod in compendium redegit *Chr. Scholz*. Notulas quasdam et indices adiecit *Car. Godofr. Woide*. Oxon. 1775. 4.

3) v. eius Expositio vocabulorum Copticorum, in *Repertor. für bibl. und morgenländ. Literatur* T. XIII. (Lips. 1783. 8.) p. 1—31. qui tamen, vt nunc constat, sua fere omnia *Iablonskio* debuit, de cuius opere dixi not. 5.

4) v. Charta papyracea Graece scripta Musei Borgiani Velitris, edita a *Nic. Schow* cum adnotatione critica et palaeographica, Rom. 1788. fol.

5) Praeter alias, quibus *Iablonskius* res et linguam Aegyptiorum illustrauit, commentationes, maxime huc pertinent eius Pantheon Aegyptiorum, Frcf. ad Viadr. 1750—1752. 8. partibus tribus constans, et Collectio et explicatio vocum Aegyptiacarum, quarum mentio apud scriptores veteres occurrit, quae complet Volumen I. opusculorum Iablonskii, ab *Iona Guil. Te Water* editorum, Lugd. Bat. 1804. 8. Cf. Vol. II. (1806.) p. 508—354. vbi sunt obseruationes, quas ipse Iablonskius adscripsit exemplo Panthei Aegypt. Add. *Deyling*. Obss. sacr. P. III. p. 183. sq. et *Nic. Aueranii* diss. de mensib. Aegyptiorum, adiectis notis *Henrici Noris*, curante *Ant. Franc. Gorio* primum edita Florent. 1737. 4. quae tamen non nisi rationem astronomicam spectat.

origine esse Graeca, nec nisi compositione, vel notione, vel aliis modis a reliquorum Graecorum consuetudine aliena, ea, si quidem mihi innotuissent, recensere omnia volui, tanquam ad institutum nostrum recte referenda.

Prioris generis haec sunt:

ἀθηρά· βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον παρ' Αἰγυπτίοις. *Hesych.* et *Phauorin.* Ionas quidem, vt *Hellanicum*, ἀθήρα dixisse, Atticos autem ἀθάρη, docuit *Valckenar.* ad *Theocrit.* Adon. p. 204. e lexico Sangermannensi MSto. Sed *Schol. Aristoph.* Plut. 673. praecipit, Atticos dicere ἀθάρη, Aeoles ἀθήρα, communem dialectum vel potius linguam ἀθάρα. Quae si vera sint, cum supra viderimus multos Dorismos immixtos fuisse dialecto Alexandrinae, vix dubitauerim statuere, per Aegyptios apud *Hesych.* et *Phauor.* maxime intelligendos esse Alexandrinos. Certe *Galenus* lib. 2. ad Glaucon. c. 12. T. X. p. 390. ed. *Charter.* diserte: ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀθάραν ἐσθίουσι. Cf. *Bielii* nouus thes. philol. P. II. p. 40.

αἰλὰμ, *porticus.* Legitur Ezech. 40, 6. et saepius. v. *Iablonsk.* opuscc. T. I. p. 85. qui ex eo deriuari posse iudicat nomen θάλαμος.

Ἀμοῦν, *Iupiter.* v. *Herodot.* 2, 42. et *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 9. Hinc Ierem. 46, 25. אָמוֹן מִנֹּא et Ezech. 30, 15. הֲמוֹן נֹא et Nahum. 3, 8. נֹא אָמוֹן in quorum locorum primo interpretes Alexandrini habent τὸν Ἀμμὼν τὸν υἱὸν αὐτῆς, in secundo πλῆθος Μέμφεως, et v. 14. pro בְּנֹא ἐν Διοσπόλει, h. e. Thebis in Aegypto superiore, in tertio denique μερίδα Ἀμμών. v. *Iablonski* pantheon Aegyptior. 2, 2. et T. I. opuscc. p. 85. 162. sqq.

Απις, alius Aegyptiorum deus, de quo accurate disseruit *Iablonski* panth. Aeg. 4, 2. Interpretes

Alexandrini nomine Ἆπις reddidisse videntur Hebraicum אַבִּיר Ierem. 26 (46), 15. Nam pro מַדּוּעַ נִסְחַף אַבִּירֶיךָ in Graecis est διατί ἔφυγεν ἀπὸ σοῦ ὁ Ἆπις, ὁ μόσχος ὁ ἐκλεκτός σου; sed *Eichhornius* l. l. p. 546. praeeunte, vt videtur, *Michaele* in Supplem. ad Lexica Hebraica p. 870. et 1738. coniicit, eos pro נִסְחַף legisse נַס חַף, vt ὁ Ἆπις sit חַף. Cf. quos *Bielius* laudauit in nouo thes. philolog.

ἀρτάβη· μέτρον Μηδικὸν σίτου, Ἀττικὸς μέδιμνος. *Hesych.* Cf. *Herodot.* 1, 192. et *Eustath.* ad Odyss. τ, p. 1854, 12. qui vocant Περσικόν. Sed *Schol. Aristoph.* ad Acharn. 108. atque inde *Suid.* et *Phauor.* in v. ἀχάνη· ἀχάνη μέτρον ἐστὶ Περσικὸν· ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις etc. Hinc non solum *Relandus* de hoc nomine exposuit in diss. de veteri lingua Persarum, (dissertt. miscell. P. II. p. 134—136.) sed etiam qui vocabula Aegyptia tractarunt, in his *Iablonskius* Vol. I. opusc. p. 39. sq. et in libello, qui inscribitur: Remphah, Aegyptiorum deus, ab Israelitis cultus, nunc ex lingua et antiquitate Aegyptiaca erutus et illustratus, Berolini 1731. 8. p. 54. (Vol. II. Opusc. p. 43.) vbi dicit, Aegyptiace vocari ΕΡΤΩΒ. Cf. *Hodius* l. l. p. 116. inprimisque *Villoison* troisième lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette; in *Millini* magasin encyclopédique No. 7. an XI. p. 321. sq. et p. 344—347. etiam p. 361. Scilicet videtur hoc mensurae genus vna cum nomine Persicum origine esse, deinde vero a Persis in Aegyptum inuectum. Legitur in epistola Cyri apud *Ioseph.* archaeol. 11, 1. in hist. draconis v. 3. in versione Alex. pro Hebr. חֹמֶר Ies. 5, 10. (ad q. l. vid. *Hieron.* T. V. opp. p. 22. G.) in Inscriptione Rosetana, l. 30. apud *Aristot.* oecon. lib. 2. fere medio, et

Polyaen. strateg. 4, 3, 32. (v. interpp. *Hesych.*) it. in *Iustiniani* edict. 13. c. 6. 22. 23.

ἄστυ h. l. non praetermittendum est ob haec verba *Diodori Sic.* 1, 28. τοὺς Ἀθηναίους δέ φασιν (Aegyptii) ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν τῶν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ πειρῶνται τῆς οἰκειότητος ταύτης φέρειν ἀποδείξεις· παρὰ μόνοις γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὴν πόλιν ἄστυ καλεῖσθαι, μετενηνεγμένης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τοῦ παρ' αὐτοῖς Ἄστεος v. quos *Te Water* laudat ad *Iablonsk.* opuscc. T. I. p. 40.

ἀτταγὰς Αἰγυπτίας memorat *Clemens Alex.* paedag. 2, 1. p. 140. C inter alias aues. Vtrum vero epitheton Αἰγυπτ. additum sit, vt pateat, id genus auium non nisi in Aegypto reperiri, atque adeo nomen quoque esse Aegyptium, an vt intelligatur, Aegyptias attagas praestantiores iis esse, quas Attici ἀτταγᾶς appellant, non ego dixerim.

ἄχι siue ἀχὶ lingua Aegyptiorum *omne quod in palude virens nascitur,* appellari, testatur *Hieronymus* ad Ies. 19, 7. (vbi Graecus interpres pro Hebr. עָרוֹת posuit τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν) T. V. opp. p. 78. G. Sic *Hesych.* ἄχι· — χόρτῳ χλωρῷ. Sed Gen. 41, 2. 18. vbi, vt Sirac. 40, 16., et ἄχι et ἄχει scribitur, legitur pro Hebr. אָחוּ. Plura collegerunt *Iablonskius* Vol. I. opuscc. p. 45. sq. et Vol. II. (np. in diss. V. de terra Gosen) p. 159. sq. et quos ad vtrumque locum *Te Water*, et ad *Hesychium* interpretes laudarunt. Add. *Hod.* l. l. p. 118. et *Ilgen* Iobi natura et virtutes p. 26. Nam Iob. 8, 11. אָחוּ ab Alexandrinis redditur nomine βούτομον, a *Theodotione* autem ἀχί.

βαΐον et βάϊς, *ramus palmae.* Illud legitur in *Symmachi* versione Cant. 7, 8. 1 Maccab. 13, 51. Ioh. 12, 13. βάϊς autem apud *Porphyr.* de abstinent. 4, 7. vbi βάϊς est accusatiuus pluralis. Sed adiectiuum βάϊνος habet idem *Symmachus* Gen.

40, 16. *κανᾶ βαϊνά*. Malim *βάϊνα*. Nam femininum *βαΐνη*, quod pro *ῥάβδος βαΐνη*, *virga palmea*, accipiendum esse docuit *Salmas*. ad *Achill*. *Tat*. Erot. 4, 13. extat 1 Maccab. 13, 37. v. omnino interpp. *Hesych*. in v. *βαΐς*, et *Iablonsk*. Opusec. T. I. p. 48. sq. *Biel*. in nouo thes. philolog. et *Fischer*. de vitiis lexicor. N. T. p. 18—21.

βάρις in versione Alexandrina *arcem* vel *palatium* significat, vt 2 Paral. 36, 19. apud *Aquilam* Prov. 18, 19. et *Theodotionem* Ies. 23, 13. Eodem modo Daniel apud *Iosephum* archaeol. 10, 11, 7. *ᾠκοδόμησεν ἐν Ἐκβατάνοις τοῖς Μηδικοῖς βάριν, εὐπρεπέστατόν τι κατασκεύασμα καὶ θαυμασίως πεποιημένον*. 11, 4, 6. *ἐν Ἐκβατάνοις, τῇ βάρει τῇ ἐν Μηδίᾳ*. Cf. *Hieron*. epist. ad Principiam T. III. opp. p. 73. H. De *castello munito* apud eundem *Ioseph*. legitur ibid. 15, 11, 4. de bell. Iud. 1, 3, 3. 1, 5, 4. Sed *Herodotus* 2, 96. hoc nomine apud Aegyptios significari ait *nauigium quoddam fluuiatile*. Etiam *Gregor*. *Corinth*. p. 247. eumque secutus *Phauorinus*, *βάρεις* interpretatur *τὰς ναῦς*, sed male Ionibus tribuit. Vtramque notionem afferunt *Ammonius* p. 29. *βάρις ἐστὶν Αἰγύπτιον πλοῖον. λέγεται δὲ καὶ ἡ μεγάλη οἰκία*. *Hesych*. *βάρις· πλοῖον, ἢ τεῖχος, ἢ στοά, ἢ πύργος*. Et *Tzetzes* ad *Lycophr*. 747. *βάρις νῦν μὲν τὸ πλοῖον σημαίνει. σημαίνει δὲ καὶ θρόνους, πύργους, αὐλάς, στοάς, καὶ τοίχους*. Quemadmodum autem hi duo nullam linguae Aegyptiacae mentionem faciunt, ita *Euripides* Iphig. in Aul. 297. simpliciter dixit *βαρβάρους βάριδας*. Ac sane *Aeschylus* Pers. 553. et 1080. eo nomine de Xerxis classe vtitur, et Scholiastes ibi Persicae linguae illud vindicat, *βαρίδας* naues dici tradens *ἀπὸ τῆς Βάρεως, ἥτις ἐστὶ πόλις Περσίδος*. Quare hoc quoque nomen,

vt nomen ἀρτάβη, origine quidem Persicum, deinde vero ad Aegyptios translatum putauerim. Certe non tantum in rebus Aegyptiorum memoratur, vt de sacra naui Isidis a *Plut.* de Is. et Osir. c. 18. τὴν Ἶσιν ἀναζητεῖν (Horum, filium) ἐν βάριδι παπυρίνῃ, τὰ ἕλη διεκπλέουσαν. ὅθεν οὐκ ἀδικεῖσθαι τοὺς ἐν παπυρίνοις σκάφεσι πλέοντας ὑπὸ τῶν κροκοδείλων. Cf. *Porphyr.* apud *Euseb.* praep. euangel. 5, 10. p. 198. B. de nauibus, quibus in pugna Actiaca contra Octauiani classem Cleopatra vtebatur, a *Propert.* 3, 10, 44. de Charontis cymba a *Diodoro Sic.* 1, 96. *Leonida Tarentino* in *Brunckii* analectt. T. I. p. 235. n. LIX. et *Diodoro Zona* ibid. T. II. p. 81. n. VII. Atque idem *Aeschylus* Suppl. 880. habet Αἰγυπτίαν βάριν. Cf. *Herodot.* 2, 41. Sed etiam in rebus Asiae, vt de naui, qua Pythius s. Pytheas in sepulcro versans quotidie coenam sibi aduehi iussit, apud *Plut.* in fine libelli de mulierum virtutibus. Sic ab *Iosepho* archaeol. 1, 3, 6. ad illam nauem, qua Noachus cum suis seruatus est, alluditur. v. quos praeterea laudant *Iablonsk.* Vol. I. Opuscc. p. 50. et interpretes Hesychii. Caeterum vsum et agilitatem baridum describere videtur *Achill. Tat.* Erot. 4, 12. quanquam nomine βάρις non vtitur.

βαρκίων· βοτάνη τις ἐν Αἰγύπτῳ. *Hesych.* et *Phauor.* Ab *Iablonskio* prorsus praetermissum est, forsitan quod illud vel non Aegyptiacum, vel corruptum putaret. Cognatum videtur βαρκηνὶμ Iud. 8, 16. vbi in Cod. Oxon. e *Symmachi* versione, opinor, est τριβόλοις. Cf. *Hesych.* in v. βαρακινῆσιν ibique interpp. et *Biel.* in nouo thes. philolog.

Εἰκτών. Iis, quae *Iablonskius* in Panth. Aegypt. 1, 4, 6. et T. I. opuscc. p. 64. exposuit, add. *Ioh. Gottlob Guil. Dunckelii* ΕΙΚΤΩΝ Aegyptius s.

de Ictonis, dei Aegyptiorum, nomine et numine, in Miscell. Lips. Nou. Vol. X. P. I. p. 7—52.

ζύθος erat genus potionis, e frugibus, inprimis ex hordeo, et aqua confectum, quo maxime vtebantur Aegyptii pauperiores. v. *Diodor. Sic.* 1, 34. *Dion Academicus* apud *Athenae.* 1, p. 34. B. *Hieron.* ad Ies. 19, 10. vbi hoc nomen in versione Alexandrina legitur, T. V. opp. p. 78. H. Cf. *Hod.* l. l. p. 119. et qui laudantur in *Iablonskii* Opuscc. T. I. p. 76—79. qui etiam e Cod. MS. Gothano attulit praeceptum περὶ ζύθων ποιήσεως. Add. *Ioh. Henr. Meibom.* de cereuisiis veterum (in *Gronouii* thes. autt. Graec. T. IX.) c. 4. qui opportune p. 558. monet, ζύθον a *Galeno* aphorism. 2, 20. ad Alexandrinorum in Aegypto diaetam referri. Sic *Strabo* 17, p. 799. B. τῷ ζύθῳ τὸ πολὺ φῦλον χρῆται τῶν Ἀλεξανδρέων.

θαλαμηγὸς, θαλαμηπόλος, θάλαμος, v. supra αἰλὰμ et infra παστοφόροι.

θῆρα solebat ab Aegyptiis vocari *far.* v. *Hieron.* quaestt. ad Gen. 45, 21. T. III. opp. p. 147. A. Cf. *Hod.* l. l. p. 120. *Iablonsk.* l. l. p. 15. sqq. Ita legitur vocabulum Ps. 131, 15.

κάλυμνος· ὁ ἐν Αἰγύπτῳ σῖτος· ἀντὶ τοῦ καλίμνιος. Etymol. p. 486, 25. et *Phauor.* apud quem et *Suidam* vltimum scribitur καλύμνιος. Rectius, iudice *Sylburgio.* v. *Strab.* 10, p. 489. B. C. vbi *Demetrius Scepsius* auctor est, Calymnam esse vnam e Sporadibus. Quae fortassis est causa, cur *Iablonskius* vocabulum κάλυμνος omiserit.

κόνδυ, quod proprie Persici poculi genus erat, (v. *Reland.* diss. miscell. P. I. p. 218. sq.) ab *Hesychio* autem simpliciter ποτήριον βαρβαρικὸν appellatur, Aegyptiis quoque in vsu fuisse, recte *Hodius* l. l. p. 115. ex eo colligere videtur, quod apud *Athenaeum* 11, p. 478. A. *Nicomachus* il-

lud commemorasse legitur in libro περὶ ἑορτῶν Αἰγυπτίων. Praeterea extat in versione Alexandrina Gen. 44, 2. Ies. 51, 17. 22. *Iablonskius* illud praetermisit, vtpote a consilio suo alienum. Sed cf. *Biel.*

κοσύμβη vel κοσσύμβη, quod *Pollux* 2, 30. simpliciter negat Atticum esse, et pro quo dici κρώβυλος iubet, ab *Hesychio* et *Phauorino* explicatur verbis ἐγκόμβωμα, καὶ περίζωμα Αἰγύπτιον. Et sane in versione Alex. legitur κόσυμβος Ies. 3, 18. et οἱ κοσυμβωτοὶ τῶν χιτώνων Exod. 28, 35. vbi cod. Alex. κόσυμβοι. Cf. v. 4. Omnino v. interpp. *Hesych.* et *Biel.* Nam *Iablonskius* nec hoc habet.

μῶϋ· τὸ ὕδωρ παρ' Αἰγυπτίοις. ἐξ οὗ καὶ Μωϋσῆς. *Suid.* et *Phauorin.* apud quem tamen μῶν legitur. Eadem, quae *Suidas*, tradunt *Clemens Alex.* stromm. 1, p. 343. C. aliique. Sed *Iosephus* archaeol. 2, 9, 6. habet μῶ, *Philo* de Mose T. II. opp. p. 83, 21. μῶς. v. omnino interpp. *Hesychii* in v. μῶϋ, et *Iablonsk.* Opuscc. T. I. p. 152—158.

νομοὶ dicebantur *praefecturae oppidorum*, in quas diuidebatur Aegyptus. v. *Plin.* H. N. 4, 5. *Herodot.* 2, 164. *Diodor. Sicul.* 1, 54. qui tamen 1, 73. Graecum esse ait hoc vocabulum. Cf. *Hieron.* ad Ies. 11, 15. et 19, 2. T. V. opp. p. 45. A. et p. 78. B. Saepe illud sic legitur apud *Herodot.* vt 2, 42. etc. in versione Alex. Ies. 19, 2. 1 Maccab. 10, 30. 38. 11, 34. 57. et 3 Maccab. 4, 3. Multa de eo disputauit *Iablonsk.* l. l. p. 169—176. et Aegyptium origine esse ostendit. Add. *Biel.* l. l. P. II. p. 390. sq.

οἰφὶ siue οἴφι· μέτρον τὶ τετραχοίνικον Αἰγύπτιον. *Hesych.* apud quem tamen editur οἴφιν, apud *Phauorin.* adeo οἴφιον. Ezech. 45, 13. ed. Ald. habet ὕφι, et *Hieronymus* in codd. suis inuenerat ὔφι, quod ipse corrupte scriptum esse intel-

lexit in commentario ad h. l. T. V. opp. p. 468. C. Idem ad Zachar. 5, 6. T. VI. p. 200. H. recte obseruat, mensuram, quae apud Hebraeos dicitur *Epha*, אֵיפָה, crebro a LXX in *οἰφὶ* verti. Atque sic legitur Num. 28, 5. Iud. 6, 19. Ruth. 2, 17. quanquam h. l. all. habent *οἰφεὶ*, sed Ezech. l. l. in cod. Vatic. est *οἴφι*, vt apud *Clem. Alex.* stromm. 2, p. 382. D. Eandem fere scribendi varietatem vidimus in *ἀχὶ*, et Aegyptii gaudebant nominibus in Iota desinentibus. Sic Ἄθυρι vel potius Ἀθυρὶ habet *Plut.* de Is. et Osir. c. 56. ἶρι ibid. c. 10. κῦφι ibid. c. 52. et 80. ὄμωμι c. 46. quod genus herbae *Iablonskius* non attulit. De *οἰφὶ* v. *Hod.* l. l. p. 113. *Iablonsk.* Panth. Aegypt. P. II. p. 229. et T. I. opuscc. p. 182. sq.

πάπειρος· τοπάσειεν ἄν τις Αἰγύπτιον εἶναι τοὔνομα· πολὺ γὰρ κατ' Αἴγυπτον πλάζεται. (*Pauw.* vult πλάττεται.) ἡμεῖς δὲ βίβλον ἐροῦμεν. *Phrynich.* p. 132. Sed vbicunque haec planta, aut charta inde confecta memoratur, πάπυρος scribitur, non πάπειρος, vt apud *Plin. H. N.* 13, 11. *Antipat. Thessalonic.* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 112. n. XIII. quod epigramma, omisso auctoris nomine, *Suidas* attulit, Iob. 8, 11. et in ed. Ald. Exod. 2, 3. Cf. supra in v. *βάρις*. Omnino praeter *Hodium* l. l. p. 117. *Ioh. Godofr. Vngerum* in diss. de papyro frutice ad Ies. 19, 7. Lips. 1731. edita, et *Iablonskium* T. I. opuscc. p. 197. sq. legenda est *Nic. Schowii* praefat. ad Chartam papyraceam p. IV–XXII.

πυραμὶς, quod nonnulli, perperam quidem, e lingua Graeca explicare voluerunt, quid significet, satis notum est. In versione Alex. non legitur, nisi 1 Maccab. 13, 28. De etymo v. *Iablonsk.* l. l. p. 219—225.

πυργόβαρις (quod *Bochartus* hieroz. P. II. extr. recte refert inter vocabula semi-Aegyptia. Cf. supra βάρις.), *turris munita*; *munitio turrita*. *Hesych.* et *Suid.* πυργοβάρεις· προμαχεῶνες. *Suidas* addit: οἱ ὀχυρώτατοι τῶν πύργων, ἢ τείχη ὀχυρά. Legitur Ps. 121, 7.

Ῥαιφὰν (quod codex Alex. etiam Act. 7, 43. pro Ῥεμφὰν habet) siue Ῥεφὰν apud Aegyptios nomen *Saturni* fuisse, *Hodius* l. l. p. 115. aliique multi demonstrare conati sunt. Legitur nomen Amos. 5, 26. pro Hebraico כִּיּוּן. Cf. *Christi. Zoega* diss. de Molech et Chiun Israelitarum, Lips. 1686. et *Gottlieb Iahn* diss. I. II. de כִּיּוּן Amos. 5, 26. Viteb. 1705. Rectiora vero *Iablonskius* docuit in libello, quem iam supra in v. ἀρτάβη laudaui, repetito in Opuscc. T. II. (1806.) p. 3—72. Interpretatur enim *dominum* siue *regem coeli*, h. e. *solem*. Cf. Opuscc. T. I. p. 230. sq.

σινδὼν, ἔστιν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον. *Poll.* 7, 72. qui cum addit: εἴρηται δέ που καὶ τελαμὼν σινδονίτης, videri potest in mente habuisse haec *Herodoti* 2, 86. κατειλίσσουσι τὸ σῶμα (τοῦ νεκροῦ) σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι. Nam proprie σινδὼν est *linteum tenuissimum*, e quo vel fasciae et lora, vel vestes conficiebantur. Atque sic quidem legitur Iud. 14, 12. et in Cod. Alex. etiam v. 13. it. Prou. 31, 24. et Marc. 14, 51. v. *Iablonsk.* Opuscc. T. I. p. 297—300. et *Heupel.* ad Marc. l. l. De fasciis autem vel omnino de linteo rudi neque in formam vestimenti palliiue redacto est Matth. 27, 59. et *Herodot.* l. l.

σύριγγες, auctore *Ammiano Marcell.* 22, 15. fuere *subterranei quidam et flexuosi secessus,* quos, vt fertur, periti rituum vetustorum — penitus

operosis digestos fodinis, per loca diuersa struxerunt; et excisis parietibus, volucrum ferarumque genera multa sculpserunt, quas hieroglyphicas literas appellarunt. Et 17, 7. cauernas minutas terrarum Graece syringas appellari ait. Sed cum de talibus cauernis vocabulum legitur, vix dubitandum est quin ex Aegyptiaca lingua sit deriuandum. Certe *Aelian.* H. A. 6, 43. σύριγγας μὲν Αἰγυπτίας, inquit, ᾄδουσιν οἱ συγγραφεῖς, ᾄδουσι δὲ καὶ λαβυρίνθους τινὰς Κρητικούς. Et 16, 15. vbi de formicis Indicis exponit: περιόδους τινὰς, καὶ, ὡς εἰπεῖν, σύριγγας Αἰγυπτίας, ἢ λαβυρίνθους Κρητικοὺς, σοφίᾳ τινὶ ἀποῤῥήτῳ διατρήσαντες οἰκεῖα ἑαυτοῖς ἀπέφηναν. *Synesius* epist. 104. p. 246. ὅρος ἐστὶν ἡ Βομβαία κοῖλον — καί τινες αὐτὸ παρὰ τὰς Αἰγυπτίων ἐξήταζον σύριγγας. *Pausan.* 1, 42. p. 101. ed. *Kuhn.* ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις διαβᾶσι τὸν Νεῖλον, πρὸς τὰς σύριγγας καλουμένας. A *Strabone* 17, p. 808. A. eiusmodi via, non subterranea quidem, at operta et flexuosa, vocatur σύριγξ σκολιά. Quibus omnibus aliisque veterum testimoniis (v. *Iablonski* de Memnone Graecor. et Aegyptiorum, Frcf. ad Viadr. 1753. 4. p. 63. sqq.) moueor vt credam, quod *Iablonsk.* in Panth. Aegypt. 5, 5. 17. P. III. p. 181. scripsit, nomen σύριγξ originem Aegypto debere. Saltem haec sententia multum praeferenda videtur opinioni *Bocharti* hieroz. P. II. 4, 22. p. 599. qui nominis σήραγξ (ita enim, σήραγγας, vocat, quanquam laudato *Aeliani* loco H. A. 16, 15.) radicem esse dicit Phoenicium verbum שרג, *perplexum esse.* Caeterum σήραγξ non modo in epigrammate ἀδεσπότῳ CXXVIII. in *Brunckii* Analectt. T. III. p. 176. et apud *Aristot.* H. A. 5, 15. legitur, sed etiam in *Platonis* Phaedone T. I. opp. p. 110. A. et Timaeo T. III. p. 70. C.

σχοῖνος· μέτρον γεωργικὸν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν. *Suid.* ὁ σχοῖνος ἕκαστος, μέτρον ἐὼν Αἰγύπτιον, ἑξήκοντα στάδια. *Herodot.* 2, 6. Etiam *Hermogenes* περὶ μεθόδου δεινότ. 1, 2. σχοῖνον vocat Αἰγύπτιον ὁδοῦ μέτρον. Nec dissentit *Hieron.* ad Ioel. 3, 18. T. VI. opp. p. 56. D. Sed *Athenae.* 3, p. 122. A. et *Callimachus* apud *Plut.* de exil. c. 10. atque, vt videtur, *Plinius* H. N. 6, 26. dicunt Persicum, *Eustathius* autem ad Odyss. τ, p. 1854, 37. simpliciter λέξιν ἐθνικήν. Et *Iablonsk.* T. I. opuscc. p. 335. certi quidpiam constituere vix ausit. Caeterum notio illa vocabulo tribui fortassis potest Ierem. 18, 15. et Ps. 138, 3. Cf. *Hod.* l. l. p. 119. et *Biel.* In proverbiis Alexandrinis, quae *Plutarcho* tribui supra ostendimus, huc pertinet LXXXV. illustratum ab *Erasmo* chill. 4, 3, 22.

Ψονθομφανὴχ, quod Gen. 41, 45. legitur, Ptolemaeorum temporibus in Aegyptiorum lingua idem significasse, quod צָפְנַת פַּעְנֵחַ Mosis aetate, non improbabiliter existimat *Hodius* l. l. p. 114. laudans hanc in rem locum *Iosephi* archaeol. 2, 6, 1. vbi nomen istud apud Aegyptios indicare ostendit κρυπτῶν εὑρετήν. Sed *Hieron.* quaestt. Hebr. T. III. opp. p. 146. E. et de nominib. Hebr. ibid. p. 197. G. dicit, sermone Aegyptio declarari *saluatorem mundi*, eo quod Iosephus orbem terrae ab imminente famis excidio liberarit. Quam interpretationem vnice probat *Iablonsk.* l. l. qui multa de vocabulo disputat p. 207—216.

Haec de priore vocabulorum Aegyptiacorum genere sufficiant. Quae autem origine Graeca erant, sed, cum postea nouam notionem formamue in Aegypto accepissent, a grammaticis aliisque scriptoribus antiquis Aegyptia nominantur, sunt fere haec:

ἀλήθεια fuit ἄγαλμα περὶ τὸν αὐχένα ἐκ σαπφείρου λίθου, quod gestabat senior idemque princeps sacerdotum Aegyptiorum et summus iudex, auctore *Aeliano* V. H. 14, 34. Sic *Diodor. Sicul.* 1, 48. τὸν ἀρχιδικαστὴν describit ἔχοντα τὴν Ἀλήθειαν ἐξηρτημένην ἐκ τοῦ τραχήλου, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιμύουσαν. Et c. 75. ἐφόρει δ' οὗτος περὶ τὸν τράχηλον ἐκ χρυσῆς ἁλύσεως ἠρτημένον ζώδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, ὃ προσηγόρευον Ἀλήθειαν. τῶν δ' ἀμφισβητήσεων ἤρχοντο, ἐπειδὰν τὴν τῆς Ἀληθείας εἰκόνα ὁ ἀρχιδικαστὴς προσθεῖτο. Videtur ergo non solum veritatis, sed etiam iustitiae imago fuisse. Cui cum simile fuisse appareat illud, quod in pectorali summi sacerdotis Iudaeorum fuit, תֻּמִּים appellatum, *Marshamus* can. chron. p. 316. *Spencerus* de legib. Hebraeor. ritualib. p. 1337. sqq. ed. Lips. 1705. 4. *Hodius* l. l. p. 113. aliique inde factum esse obseruarunt, vt interpretes Alexandrini vocabulum illud Hebraicum fere nomine ἀλήθεια redderent, vt Exod. 28, 26. Leuit. 8, 8. Deut. 33, 8. Cf. Sirac. 45, 10. *Witsius* vero in Aegyptiacis p. 253—261. vtriusque diuersitatem demonstrare conatus est. Neque ille non habet, quo nitatur. Sed tamen eius argumenta, vt alterum alteri simile fuisse, et interpretes Graecos nomine ἀλήθεια propter hanc ipsam similitudinem pro *Thummim* vsos esse negemus, efficere non possunt. v. *Fr. Sam. de Schmidt* de sacerdotib. et sacrificiis Aegyptiorum, Tubing. 1768. 8. p. 38—43.

ἄρουρα, genus mensurae, de quo *Suidas* in ἀρουραία μάντις simpliciter scripsit haec: ἡ δὲ ἄρουρα πόδας ἔχει ν'. quod interpretamentum secutus *Budaeus* de asse et partib. eius, lib. 4. p. 582. ed. Colon. 1528. 8. haec addit: „id est, octo vlnas

„et trientem, vel passus decem, ita vt vlnam pro „senis pedibus, et passum pro quinis accipiamus.“ Sed *Herodotus* 2, 168. ἡ ἄρουρα, inquit, ἑκατὸν πήχεών ἐστι Αἰγυπτίων πάντῃ. ὁ δὲ Αἰγύπτιος πῆχυς τυγχάνει ἴσος ἐὼν τῷ Σαμίῳ. Itaque ἀρούρης latus quadratum habuit 120 cubitos Romanos, siue 180 pedes Rom. (v. *Eisenschmid.* de ponderib. et mensuris 3, 3. extr.) et comparari ἄρουρα potest cum πλέθρῳ Graecorum, quod cum Latine reddi soleat nomine *iugerum*, manifestum est, *Ameilhonum* in Eclaircissemens sur l'inscription Grecque du monument trouvé à Rosette, Paris An XI. (1803.) 4. p. 69. nomine ἄρουρα non male dicere fere idem significatum fuisse, quod Latino *iugerum*. Scilicet praeter *Herodotum* ἄρουρα sic legitur in illa ipsa Inscriptione Rosetana lin. 30. et 31. et in *Iosephi* c. Apion. 1, 22. p. 456. ex *Hecataeo Abderita* excerptis, qui Alexandri M. et Ptolemaei Lagidae temporibus floruit. Cf. *Villoison* epist. III. quam in praefatione not. 1. laudaui, p. 333. et 362. qui nomen ἄρουρα vocat Alexandrinum, atque de eo conferri iubet *Rosweidi* onomasticon rerum et verborum difficiliorum, quod extat in eius Vitis patrum, Antuerp. 1628. f. p. 1014.

ἀρπεδονάπται dicebantur quidam Aegyptiorum sacerdotes et sapientes, vt recte colligi videtur e verbis *Democriti* apud *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 307. A. Add. *Euseb.* praep. euang. 10, 4. p. 472. B. cui reddendum est hoc nomen pro vitioso ἀρσεπεδονάπται. *Iablonskius* quidem in prolegom. ad Panth. Aegypt. p. XCIV. et Opuscc. T. I. p. 38. illud ex Aegyptiorum lingua deducit, et per νοήμονας s. νοημονικοὺς explicat, ita vt intelligendi sint, qui alias vocantur ἱερογραμματεῖς. Sed cum *Herodotus* 3, 47. interprete *Polluce* 7, 31. ἀρπεδόνας vocauerit τὰ νήματα, i. e. *fila*, ἅπτειν

autem etiam *conserere*, *connectere* significet, vt apud *Aristot.* de partib. animm. 2, 9. ἁπτόμενον καὶ προσδεδεμένον: nondum omnino me poenitet interpretationis olim propositae, qua ἀρπεδονάπτας appellatos putaui ob redimitum caput, quemadmodum *flamines* apud Romanos, *Varrone* de ling. Lat. 4, 15. auctore, nomen habuerunt a filo, quo per aestum capita religabant. Cf. quae infra in v. πτεροφόροι attuli e *Diodoro Sic.*

γένεσις a philosophis Aegyptiis ponebatur de *creatione et origine vniuersi.* Certe *Hodius* l. l. p. 115. qui hinc illustrat inscriptionem primi libri Mosis in versione Alexandrina, (Cf. Gen. 2, 4. et *Deyling.* obss. sacr. P. III. p. 183.) e scholiis in *Ptolemaeum* attulit haec verba: περιττῶς εἰώθασι λέγειν γένεσιν Αἰγύπτιοι κόσμου. Et sane sic vocabulo vsi sunt, praeter *Iamblichum* de mysteriis, *Clemens Alex.* stromm. 4, p. 538. A. ἡμέραις ἑπτὰ, δι' ὅσων ἡ γένεσις τελειοῦται. 6, p. 653. D. p. 683. C. p. 698. B. 7, p. 719. A. *Iosephus* hypomnest. c. 28. p. 265. ed. *Fabric.* τὴν γένεσιν τοῦδε τοῦ παντός. *Philo* de opific. mund. T. I. p. 3, 7. vbi Mosen dicit scripsisse τὴν γένεσιν mundi, p. 5, 34. p. 9, 25. p. 11, 58. p. 15, 37. p. 18, 2. p. 40, 45. p. 41, 39. et de legum allegg. 2, p. 66, 12. Vnde idem de opif. mund. p. 21, 36. septimum diem dignum esse ait, qui nominetur τοῦ κόσμου γενέθλιος. Quin ipsas *res creatas* nomine γένεσις *Philo* significauit de legum allegg. 2, p. 81, 29. et 3, p. 88, 40. At, vt taceam, scholia illa perquam exigui esse pretii, iam *Plato* in Timaeo nomen γένεσις dixit eodem modo, vt p. 27. A. τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. p. 29. C. τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως. p. 48. A. ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις. ibid. B. τῆς οὐρανοῦ γενέσεως. et saepius. Quare nec *Plutar-*

chum peccasse putauerim, cum de Is. et Osir. c. 56. scripsit: ἀρχὴ καὶ γένεσις οὖσα πάντων ἐξ ἀρχῆς. quanquam naturam h. l. sic appellari non diffitendum est, ita vt γένεσις sit γενέτειρα, non κτίσις.

δικαιοδότης a *Suida* simpliciter nomine δικαστὴς explicatur. Sed *Strabo* 17, p. 797. A. de rebus Aegypti exponens: ὁ πεμφθεὶς, inquit, (sc. ἔπαρχος, praefectus augustalis) τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν· ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος. Est igitur idem magistratus, qui Latine *iuridicus* vocatur, vt Digest. lib. 1. tit. 20. vbi etiam est *iuridicus, qui Alexandriae agit.* lib. 40. tit. 5. l. 41. §. 5. Cod. lib. 1. tit. 57. *apud Alexandrinae ciuitatis iuridicum.* Sed ab eodem *Strabone* p. 808. C. ipse rex Aegypti, et quidem ante Alexandri M. tempora, dicitur δικαιοδοτεῖν. Substantiuum δικαιοδοσία habet idem p. 811. D. et saepissime *Polybius.*

ἴδιος λόγος fuit ipse quoque magistratus Aegyptius, qui, auctore *Strabone* 17, p. 797. B. τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι. vbi ἀδέσποτα sunt, quae assertorem nullum habent, s. res quasi nullius dominio mancipatae, interprete *Budaeo* annotatt. in Pandectas p. 114. C. Breuius *bona vacantia* explicat *Casaubonus*, et τὰ εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφείλοντα, *caduca*, per ἴδιον λόγον autem intelligit *procuratorem Caesaris*, vel *rationalem.*

ἱερογραμματεῖς, v. πτεροφόροι.

ἱεροστολισταὶ et ἱεροστόλοι, v. στολισταί.

ἱεροψάλτης, *musicae sacrae praefectus.* v. κωμασίαι in fine, et *Schmidt* de sacerdotib. et sacrif. Aegypt. p. 169. sqq. In rebus Iudaeorum memorantur ἱεροψάλται 3 Esr. 1, 15. et 5, 46. apud *Ioseph.* archaeol. 12, 3, 3.

καλλιστεῖς Αἰγύπτιοι τοὺς εἰς ὀξὺ ἀνηνεγμένους ἄρτους ὠνόμαζον, *panes in acutum fastigatos*. *Pollux* 4, 73. et *Phauor.* in v. ἄρτοι. Sed fortassis est nomen origine Aegyptium, i. q. κυλλήστις s. κυλλάστις. v. *Iablonsk.* Opuscc. Vol. I. p. 116. sq.

κάνναι· ψίαθοι, καὶ τὰ Αἰγύπτια πλέγματα, ἀφ' ὧν καὶ τὰ κάναθρα. *Hesych.* et *Phauor.* Sed legendum est κάνναθρα. v. interpp. *Hesych.* et *Hemsterhus.* ad *Poll.* 7, 176. etiam *Iablonsk.* l. l. p. 106.

κανὼν, apud *Clement. Alex.* stromm. 6, p. 633. C. ita describitur, vt, si vera sit lectio, intelligi appareat *graphiariam thecam*, siue, vt *F. S. de Schmidt* in diss. de sacerdotib. et sacrif. Aegypt. p. 144. explicat, *vas certae alicuius, rotundae maximeque cylindraceae, formae, vas scapi forma*. Nam, ὁ ἱερογραμματεὺς, inquit, ἔχων — κανόνα, ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν, καὶ σχοῖνος, ᾗ γράφουσι. Etiam *Villoisonus* (seconde lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette, in *Millini* Magasin encyclop. No. 6. an XI. p. 197.) interpretatur *l'écritoire des scribes sacrés*. Idem ait, *Martorellium* de regia theca calamaria substituere velle κανοῦν, *cistam*, et conferri iubet *Salmas.* exercitatt. Plin. p. 265. E. (qui *caniculum*, mediae Latinitatis vocabulum, et Graeca scriptorum Byzantinorum, κανικλεῖον et κανίκλωμα, ex antiquo κανοῦν et κανὸν deriuat,) ipse vero putat apud *Clementem* legi posse κανὸν pro κανόνα, magis tamen amplecti videtur *Cangii* coniecturam, κάνιον, etiam *Montefalconio* palaeograph. Graec. 1, 3. p. 22. probatam, qui per μελανδοχεῖον explicat, sed nimis anguste, opinor. Nam apud *Clementem* etiam iuncus scriptorius eo contineri dicitur. Putem vero, lectionem κανόνα, *thecam graphiariam*, posse defen-

di. Vt enim in Gloss. vett. *atramentarium* Graece redditur καλαμάριον, et *Hesychius* nomen καλαμὶς interpretatur γραφείων θήκην, ita etiam κανὼν potuit latius dici. Certe in *Damocharidis* epigr. II. apud *Brunck.* analectt. T. III. p. 69. κανὼν vocatur γραφίδων ἰθυτάτων φύλαξ, ita vt satis commode explicari possit per γραφιδοθήκην, *calamariam* vel potius *stylorum thecam*, nisi per γραφίδας rectius in hoc carmine intelligas *lineas*, atque adeo per κανόνα *regulam* s. *normam*, qua scribae vtebantur, vt recte scribere possent. Vnde κανὼν a *Paulo Silentiario* T. III. analectt. p. 87. n. L. appellatur γραμμῆς ἰθυπόρου ταμίης. et n. LI. ἡγεμὼν γραμμῆς ἀπλανέος. et p. 88. n. LII. τροχαλοῖο κυβερνητὴρ μολίβδου. Cf. *Iuliani Aegyptii* epigr. X. et XI. T. II. analectt. p. 495. sq. vbi γραφίδες rursus sunt *lineae.*

κερατωνία· συκῆ ἐν Αἰγύπτῳ. *Hesych.* et *Phavor.* Cf. in v. κερωνία et συκῆ Αἰγυπτία, omninoque *Iablonsk.* Opuscc. Vol. I. p. 107. sq.

κιβώριον· Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου. *Hesych.* et *Phauor.* Cf. *Athenae.* 3, p. 72. C. et 11, p. 477. E. inprimisque *Iablonsk.* l. l. p. 108—110. qui opportune etiam affert verba Scholiastae ad *Horat.* 2, od. 7, 21. „Ciboria sunt Alexan„drina poma, quae habent similia colocasiis fo„lia; in quorum similitudinem facta pocula eo„dem nomine appellantur.“

χορσίπιον, v. §. 9. not. 32.

κωμασίαι, *pompae sacrae* apud Aegyptios. *Clemens Alex.* stromm. 5, p. 567. A. ἐν ταῖς καλουμέναις παρ' αὐτοῖς κωμασίαις, τῶν θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα, δύο μὲν κύνας, ἕνα δὲ ἱέρακα, καὶ ἶβιν μίαν περιφέρουσι. In inscriptione Rosetana lin. 42. vocantur ἐξοδεῖαι τῶν

ναῶν, atque aedicula Ptolemaei Epiphanis ἀποθεωθέντος ibid. lin. 43. dicitur ἐξοδεύειν. Fortassis interpretes Alexandrini, cum nomen עֲצָרָה siue עֲצֶרֶת nomine ἐξόδιον reddiderunt, non tantum ad exitum Israelitarum ex Aegypto, sed etiam ad eiusmodi solemnitates Aegyptias respexerunt, vt 2 Paral. 7, 9. Vt autem ad κωμασίας redeam, dii ipsi, quorum imagines circumferebantur, dicuntur κωμάζειν. *Diodorus Sicul.* 3, 5. ὃν ἂν ὁ θεὸς κωμάζων κατά τινα συνήθειαν περιφερόμενος λάβῃ. *Iamblich.* de myster. 3, 31. p. 103, 25. θεὸν ἄλλον ἀνθ' ἑτέρου ἐπικωμάζειν. Quo alludit *Plutarch.* in Antonio c. 26. de Cleopatra dicens: κατέκειτο ὑπὸ σκιάδι χρυσοπάστῳ, κεκοσμημένη γραφικῶς, ὥσπερ Ἀφροδίτη — καί τις λόγος ἐχώρει διὰ πάντων, ὡς ἡ Ἀφροδίτη κωμάζοι παρὰ τὸν Διόνυσον. Sacerdotes autem, qui simulacra deorum circumferebant, vocabantur κωμασταὶ, et secundi ordinis erant. *Synesius* encom. caluit. p. 73. A. ed. *Petau.* παρ' Αἰγυπτίοις τὰ προφητικὰ γένη — τοῖς μὲν ῥάμφεσι τῶν ἱεράκων καὶ τῶν ἴβεων, ἃ τοῖς προτεμενίσμασιν ἐγκολάπτουσι, καταμωκῶνται τοῦ δήμου· αὐτοὶ δὲ καταδύντες εἰς τοὺς ἱεροὺς χηραμοὺς, ἅττ' ἂν ἀπεργάσωνται, περιστέλλουσι. καὶ ἔστιν αὐτοῖς κωμαστήρια, τὰ κιβώτια κρύπτοντα, φασὶ, ταύτας τὰς σφαίρας, ἃς ὁ δῆμος, ἐὰν ἴδῃ, χαλεπανεῖ. Idem de prouidentia p. 94. D. de ritu creandi regis Aegyptii exponens: οἱ τὸ κύρος ἔχοντες τῆς αἱρέσεως, ἐπειδὰν ἐπιθειάσηται βασιλεὺς, καὶ οἷς τοῦτο τὸ ἔργον, ἅπαν κινήσωσι κωμαστήριον, — στρατιῶται μὲν χεῖρας αἴρουσι· κωμασταὶ δὲ καὶ ζάκοροι καὶ προφῆται ψηφοφοροῦσι· πλῆθος ἔλαττον τοῦτο, δύναται δὲ παραπολὺ πλεῖστον. προφητικὴ μὲν

γὰρ ψῆφος ἑκατὸν χεῖρές εἰσι· κωμαστικὴ δὲ, εἴκοσι, καὶ ὁ ζάκορος δέκα δύναται χεῖρας. quo in vtroque loco *Wesselingius* ad *Diodor.* l. l. reponi iubet πωμαστήρια et πωμαστήριον. Vtique rectius, quam *Iablonskius* opuscc. Vol. I. p. 119. qui, *Petauium* in altero loco secutus, per κωμαστήριον intelligit *collegium comastarum.* In notis ad priorem locum p. 51. *Petauius* κωμαστήρια putat esse vel sacrum adytum, in quo ritus a comastis et cerimoniae perficerentur, vel ea ipsa sacra, quae in eo religiose haberentur. Quae interpretatio non magis placet, quam quod κωμαστὰς comparat cum Romanorum epulonibus. Immo κωμασταὶ apud Aegyptios iidem fere fuere, qui παστοφόροι, de quibus infra, sed κωμασταὶ vocati, quia per plateas et vicos circumiuerunt, παστοφόροι vero, quatenus cistas illas, παστοὺς, operculis (πωμαστηρίοις) occlusas, et in iis simulacra deorum, circumtulerunt. Quare nec ἱεραφόρους apud *Plut.* de Is. et Os. c. 3. nec κιστοφόρους admodum diuersos putauerim, de quibus separatim scripsit *Alexander Xauer. Panelius*, Lugd. 1734. 4. cuius generis sacerdotem sic describit *Apuleius* metamorph. 11, p. 271, 2. ed. *Elmenhorst.* „quendam de sacratis, „linteis intectum, qui thyrsos et hederas et ta„cenda quaedam gerens“ nempe in cista mystica. Idem p. 262, 18. „ferebatur ab alio ci„sta secretorum capax, penitus celans operta „magnificae religionis.“ Omnino praeter *Galeum* ad *Iamblich.* l. l. p. 252. sq. vid. *Villoison* troisième lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette p. 326—329. et quos laudat p. 353—359. Apud Graecos κῶμοι, *comissationes*, de quibus notus est *Schwarzii* libellus, Altorfii 1744. 4. editus, et κωμασταὶ, minus ad rem

sacram, quam ad coenae priuatae voluptates pertinuere. Quare nec κωμαστὴς Διόνυσος apud *Aristoph.* Nubb. 606. huc referendus est. Non vero praetermittenda putaui haec verba *Iosephi* in hypomnestico c. 144. p. 350. ed. *Fabric.* ἐν Αἰγύπτῳ τὸ βουὶ, ὄργανόν τι τρίγωνον ἐναρμόνιον, ᾧ χρῶνται οἱ ἱεροψάλται ἐν τοῖς κώμοις, πλεκτριζόμενοι. Saltem hinc magis, quam, quod *Villoisonus* voluit, e *Clementis Alex.* paedag. 2, 4., demonstrari possit, etiam κώμους pro κωμασίαις, quales descripsimus, dictos fuisse.

μαγὶς, ἀντὶ τῆς τραπέζης, Αἰγύπτιον δόξει, καὶ παντελῶς ἔκθεσμον. Ἐπίχαρμος δὲ ὁ Δωριεὺς, καὶ Κερκίδας ὁ μελοποιὸς (Megalopolitanus, vel Cretensis), ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανοίας ἐχρήσαντο τῇ λέξει, καὶ μὴν καὶ ὁ Ἀττικὸς Σοφοκλῆς. *Helladius Besantinous* in chrestomathia p. 973. T. X. thesauri antiquitt. Graec. *Gronov.* et p. 318. Vol. VI. operum *Meursii.* Similiter *Pollux* 6, 83. αἱ ἐπιτιθέμεναι καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι, ἃς νῦν μαγίδας καλοῦσιν. ἔστι μέντοι καὶ τὸ τῆς μαγίδος ὄνομα παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν χρήσει. Et 10, 82. παρὰ μέντοι Ἐπιχάρμῳ ἐν Πύῤῥᾳ ἢ Προμηθεῖ, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην χρῆσιν εἴρηται, h. e. de qualibet mensa. Nam sect. 81. docuerat, μαγίδα proprie dici ἐπὶ τῆς μάκτρας, ἢ ἐπὶ τῆς τὰ ἱερὰ δεῖπνα, ἢ τὰ πρὸς θυσίαν φερούσης (τραπέζης), h. e. de anclabri. Iudic. 7, 13. (atque inde in *Iosephi* hypomnest. c. 129. p. 271.) μαγὶς ἄρτου κριθίνου videtur idem esse quod μάζα. v. *Hesych.* ibique interpp.

μελανηφόροι memorantur modo in Inscriptionibus, vt apud *Seldenum* de synedr. 2, 3. p. 556. et 559. ed. Frcf. et Lips. 1734. 4. Satis de iis,

praeter *Seldenum*, et *Deylingium* Obss. sacr. P. III. p. 104. sq., exposuere *Gisb. Cuperus* in Harpocrate, Trai. ad Rhen. 1687. 4. p. 128. sq. inprimisque *Steph. le Moine* in epistola de Melanophoris, huic Cuperi libro adiuncta, p. 255—282. Add. *Frid. Sam. de Schmidt* de sacerdotib. et sacrific. Aegyptior. Tubing. 1768. 8. p. 208—211. Videntur Isidis maxime cultum curasse, et nomen accepisse inde, quod nigras vestes gestarent. Talibus autem vestibus eos ideo indutos fuisse credibile est, quod Isidis peplum et velum maximam partem nigrum esset, atque Isis ipsa nigra repraesentaretur, et quod sacerdotes in quibusdam sacris et festis luctuosis vestes albas cum atris commutarent.

μεσουρανεῖν Aegyptios dixisse pro *μεσημβριάζειν* vel *ὑπὲρ κεφαλῆς ἑστάναι*, *Phauorinus* in v. *ἀνατέλλει* notauit e *Polluc.* 4, 57. ad q. l. *Kuhnius* illud verbum tribuendum esse vidit dialecto Alexandrinae. Sane *μεσουρανεῖν* et *μεσουράνημα* et *μεσουράνησις*, et *ἀντιμεσουρανεῖν*, et *συμμεσουρανεῖν* et *συμμεσουράνησις*, saepe leguntur apud *Ptolemaeum Pelusiotam*, qui vixit Alexandriae. vid. eius *τετράβιβλος*, cum libello, qui *καρπὸς* inscribitur, Graece et Lat. edita a *Phil. Melanchthone*, Basil. 1553. 8. p. 20. 29. 30. 33. 53. 74. 76. 77. 79. 81. 110. 112. 115. 118. 122. 128. 131. 134–140. 151. 155. 156. 177. 178. 186. 201. 207. 209. 216. 218. 221. 224. Item Apoc. 8, 13. apud *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 52. et quaestt. Rom. c. 84. *Achill. Tat.* introduct. in *Aratum* c. 22. extr. c. 31. init. c. 35. *Schol. Apoll. Rhod.* 1, 450. 3, 1028. Cf. *Scalig.* ad *Manil.* 5, p. 372. ed. Argent. 1655. 4.

μετώπιον quid sit, docet *Dioscorides* 1, 71. *σκευάζεται ἐν Αἰγύπτῳ μύρον, ἐπιχωρίως ὑπ' αὐ-*

τῶν καλούμενον μετώπιον, διὰ τὴν χαλβάνης μίξιν. τὸ γὰρ ξύλον, ἐξ οὗ γεννᾶται ἡ χαλβάνη, μετώπιον καλεῖται. Cf. *Athenae.* 15, p. 688. F. et qui praeterea laudantur in *Iablonskii* Opuscc. T. I. p. 142.

μοσχοσφραγισταὶ, v. σφραγισταί.

ὀβελίσκος, vt satis constat, apud Aegyptios fuit moles lapidea, Soli sacrata, inferius lata et quadrata, paulatim in gracilitatem et metae figuram assurgens. v. *Ammian. Marcellin.* 17, 4. *Plin.* H. N. 36, 8—11. et *Gattereri* Weltgeschichte T. I. p. 461—499.

ὀθόνη et

ὀθόνιον, quanquam etiam in *Homeri* et Atticorum libris leguntur, atque ab Etymologo M. et *Hesychio* aliisque grammaticis dicuntur origine Graeca esse, tamen dubium est, annon Aegyptiaca potius dicenda sint. v. *Iablonsk.* Opuscc. T. I. p. 72—74. Inscriptio Rosetana bis habet βύσσινα ὀθόνια, l. 18. et 29. Cf. Hose. 2, 5. et 9. Luc. 24, 12. etc.

παρασχίστης, *incisor, prosector.* Quaenam fuerint eius partes, ita exponit *Diodor. Sicul.* 1, 91. πρῶτος μὲν ὁ γραμματεὺς λεγόμενος, τεθέντος χαμαὶ τοῦ σώματος (condiendo cadauere), ἐπὶ τὴν λαγόνα περιγράφει τὴν εὐώνυμον ὅσον δεῖ τεμεῖν. ἔπειθ' ὁ λεγόμενος παρασχίστης, λίθον ἔχων Αἰθιοπικὸν, καὶ διατεμὼν ὅσα νόμος κελεύει τὴν σάρκα, παραχρῆμα φεύγει δρόμῳ etc. v. ibi *Wesseling.*

παστόφοροι, sacerdotum genus. *Clemens Alex.* paedag. 3, 2. p. 216. C. παστοφόρος, ἤ τις ἄλλος τῶν ἱεροποιούντων περὶ τὸ τέμενος, — παιᾶνα τῇ Αἰγυπτίων ᾄδων γλώσσῃ. Cf. stromm. 6, p. 634. B. Ferebant in pompis sacris parua sacella (ναΐδια, ναΐσκους. v. *Chr. Gotth. Wilisch* de Naidiis veterum, Lips. 1716.), vel lignea ca-

que deaurata (v. *Herodot.* 2, 63.), vel argentea (v. *Ioh. Andr. Schmidt* de templis Demetrii argenteis Act. 19, 24. Ien. 1685. omninoque interpp. ad Act. l. l. quem tamen locum nonnisi dubitanter hic indicaui), quibus inclusum erat simulacrum illius Dei, cuius festum celebrabatur, atque aeditui erant s. custodes templi. Ab *Apuleio* metamorph. 11, p. 265, 11. vocantur *qui diuinas effigies progerebant*, et paulo post huius *sacrosancti collegii* nomen esse dicitur *Pastophori.* Memorantur etiam ibidem p. 271, 11. et p. 273, 3. et describuntur plus semel, nomine non allato, vt p. 262. Sic apud *Palladium* in hist. Lausiaca c. 53. (p. 500. T. VIII. operum *Meursii*) pastophori vel comastae intelligendi sunt: *ναὸς ἦν μέγιστος ἐν μιᾷ τῶν κωμῶν, καὶ εἴδωλον ἐν αὐτῷ ἐπιφανέστατον. ξύλινον δὲ ἄρα τὸ ξόανον τοῦτο ἦν. ἐπόμπευον δὲ περιφέροντες αὐτὸ κατὰ τὰς κώμας οἱ μιαροὶ ἱερεῖς, βακχεύοντες μετὰ τοῦ πλήθους.* *Diodorus Sicul.* 1, 29. refert opinionem Aegyptiorum hanc: *τοὺς μὲν Εὐμολπίδας ἀπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερέων μετενηνέχθαι, τοὺς δὲ κήρυκας* (np. mysticos. v. *Henr. Aug. Zeibich* de Cerycibus mysticis, Vitemb. 1752. 4.) *ἀπὸ τῶν παστοφόρων.* vbi *Wesselingius* *παστοὺς*, vnde *παστοφόροι* dicti sunt, explicat *thalamos* s. *deorum aediculas.* Et *Salmasius* exercitt. Plinn. p. 856. *θαλαμηπόλους* a pastophoris differre negat. Non male. Nam *thalami* mystice nominabantur delubra, quibus succedebat aut incubabat Apis. v. *Solin.* polyhist. c. 32. *Plin.* H. N. 8, 46. *Aelian.* H. A. 11, 10. Hinc nauis illa, qua Apidis simulacrum Nilopoli Memphin vehi solebat, vocatur *θαλαμηγὸς* apud *Diodor. Sic.* 1, 85. vbi v. *Rhodoman.* et quos laudat *Iablonsk.* Opuscc. T. I. p. 82—84. Ergo saltem in Apidis pompa *θαλαμηπόλοι* ii-

dem fuere, qui παστοφόροι. Sic παστὰς et παστὸς saepe iunguntur θαλάμῳ, ita vt interdum alterum pro altero positum videri possit, v. c. in *Antiphanis* epigr. IX. T. II. analectt. *Brunck.* p. 206. θαλάμων ἐπὶ παστάσιν. *Meleagri* CXXV. ibid. T. I. p. 36. θαλάμων θύραι — ἐδᾳδούχουν παρὰ παστῷ. In ἀδεσπότῳ DCCX. ἐκ παστῶν κἀκ θαλάμων. In lecit. p. 303. νυμφείου θαλάμου καὶ παστάδος. In his tamen omnibus intelligitur θάλαμος γαμήλιος, vt in *Meleagri* carmine CXV. vocatur. Et quanquam *Philippus Thessalonicensis* epigr. LIX. T. II. analectt. p. 226. Venerem sic appellat: Κύπρι —θαλαμηπόλε, tamen illum Aegyptiorum vsum non secutus videtur. Agit enim ibi de Venere armata, quae Spartae fuit. Alias θαλαμηπόλος explicari forsan possit: *quae in thalamo* s. *delubro* supra descripto *circumfertur.* In *Theonis Alexandrini* epigr. II. T. III. analectt. p. 4. Venus dicitur παστοφόρος Παφίη. Sed nec hoc epitheton ex illo Aegyptiorum ritu explicauerim. Varias eius interpretationes attuli in *Empedocle* meo p. 684. sqq. Tribuitur enim carmen istud etiam Empedocli, qua de re exposui ibid. p. 91 — 94. Caeterum quod supra ostendi pastophoros etiam aedituos fuisse, non omnino certum putabam. Nititur enim haec sententia fere solius *Horapollinis* testimonio, hieroglyph. 1, 41. et παστοφόροι apud *Porphyr.* de abstinent. 4, 8. a νεωκόροις distinguuntur. Magis vero huc pertinent, quae *Clemens Alex.* in priore locorum, quos supra laudaui, post nomen γλώσσῃ addidit: ὀλίγον ἐπαναστείλας τοῦ καταπετάσματος, ὡς δείξων τὸν θεόν. Nam τὸ καταπέτασμα est ille ipse παστὸς, vnde παστοφόροι nomen habent. Sic *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 175. καλύβῃσιν] ταῖς διὰ τῶν ἱματίων κατεσκευασμέναις, ἃς καλοῦσι παστούς. Ergo

pastophororum fuit etiam hoc, vt, leuato velo, quo numen contegebatur, iis ipsum ostenderent, qui videre illud cuperent. Omnino v. *Cuper.* Harpocrat. p. 129. sqq. *le Moine* de Melanophoris p. 257. sqq. *Ioh. Gottlieb Bidermanni* otia literaria varii argumenti. P. I. Lips. 1751. 8. p. 180 —192. *Deyling.* Obss. sacr. P. III. p. 183. sq. *F. S. de Schmidt* de sacerdotib. et sacrif. Aegypt. p. 193—208. et *Villoisoni* epist. supra in v. κωμασίαι laudata p. 324—326. et p. 351—353. Iam quid per παστοφόριον intelligendum sit, quaerendum restat. In inscriptione apud *Selden.* de synedriis p. 539. leguntur haec: τὴν κονίασιν τοῦ παστοφορίου, καὶ τὴν γραφὴν τῶν τε τοίχων καὶ τῆς ὀροφῆς, et plura, e quibus satis appareat, significari aedificium aliquod. Et *Seldenus* quidem intelligit primariam fani in Aegyptiorum numinum delubris partem. Similiter *Bidermannus,* et *Cuperus,* qui tamen etiam putat accipi posse de collegio pastophororum, et de ferculo s. thensa, cui παστὸς s. sacellum cum dei statua impositum et circumlatum fuerit. Equidem intelligo *conclaue* s. *cellulam prope templum exstructam,* in qua degerent vel habitarent vnus pluresue pastophori. Saltem saepe sic legitur in versione Alexandrina, vt 1 Paral. 9, 26. Ier. 42, 4. Inprimis ad confirmandam sententiam meam pertinent hi loci: 1 Paral. 9, 33. in ed. Ald. ἄρχοντες — τῶν Λευιτῶν ἐν τῷ παστοφορίῳ διατεταγμένοι εἰς ἐφημερίας. et 23, 28. vbi Leuitae dicuntur λειτουργεῖν ἐν οἴκῳ κυρίου ἐπὶ τὰς αὐλὰς, καὶ ἐπὶ τὰ παστοφόρια. 3 Esdr. 8, 59. ἐν τοῖς παστοφορίοις τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ. 1 Maccab. 4, 38. τὸ ἁγίασμα ἠρημωμένον — καὶ τὰ παστοφόρια καθῃρημένα. Sic Esdr. 8, 29. pro σκηνὰς in edit. Complut. extat παστοφόρια. Eodem modo *Iosephus* bell.

Iud. 4, 9. extr. memorat τὴν κορυφὴν τῶν παστοφορίων, ἔνθα τῶν ἱερέων εἷς ἐξ ἔθους ἱστάμενος ἑκάστην ἑβδομάδα εἰσιοῦσαν προεσήμαινε σάλπιγγι etc. Cf. *Elmenhorst.* ind. in Apuleium, et *Biel* in nouo thesauro philologico.

προφήτης fuit summus Aegyptiorum sacerdos. v. supra κωμασίαι, *Porphyr.* de abstin. animall. 4, 8. *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 305. A. et 6, p. 634. A. et quos laudat *Schmidt* l. l. p. 106—128. Sic in Inscript. Roset. lin. 6. iunguntur οἱ ἀρχιερεῖς καὶ προφῆται.

πτεροφόροι, *penniger*i. Ita propter pennas, quas muneris insigne in capite gestabant, vocabantur illi Aegyptiorum sacerdotes, qui alias ἱερογραμματεῖς et νοήμονες. *Clemens Alex.* stromm. 6, p. 633. C. ὁ ἱερογραμματεὺς, ἔχων πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, βιβλίον τε ἐν χερσὶ, καὶ κανόνα. v. supra κανών. Quarum rerum scientia debuerit imbutus esse, *Clemens* statim ibidem narrat. *Diodor. Sicul.* 1, 87. τινὲς φασὶν, ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις ἱέρακα βιβλίον ἐνεγκεῖν εἰς Θήβας τοῖς ἱερεῦσι, φοινικῷ ῥάμματι περιδεδεμένον, ἔχον γεγραμμένας τὰς τῶν θεῶν θεραπείας τε καὶ τιμάς. διόπερ καὶ τοὺς ἱερογραμματεῖς φορεῖν φοινικοῦν ῥάμμα, καὶ πτερὸν ἱέρακος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. En ῥάμμα φοινικοῦν, vt supra in v. ἀρπεδονάπται scribas sacrorum putaui ita appellatos esse ab ἀρπεδόνη, i. e. *filo*. In Inscript. Roset. lin. 7. πτεροφόροι et ἱερογραμματεῖς distinguuntur, nimirum vt species et genus. v. *F. S. de Schmidt* l. l. p. 138—148. qui, cur pennas potissimum gestauerint, hanc affert causam probabilem, quod literarum et artium fuerint custodes, Hermes autem, qui eodem gestamine insignitur, dicatur omni genere doctrinae excelluisse, literas inuenisse, commentariorum scribendorum consuetudinem inuexisse etc. Cf. *Villoison* seconde

lettre sur l'inscript. Grecque de Rosette; in *Millini* Mag. encyclop. No. 6. an XI. p. 177. sq. et p. 196—198. Alii vero πτεροφόροι sunt in *Plutarchi* Oth. c. 4. πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοίτων, ἀεί τι προσχωρεῖν ἐκείνῳ φράζοντες. Fuerunt enim vel ὠτακουσταὶ et speculatores, qui quam celerrime, quicquid principis cognitione dignum intellexissent, ei nunciarunt, atque ab hac celeritate nomen nacti sunt (v. *Casaub.* ad *Suet.* Aug. 27.), vel *veredarii* et tabellarii, siue laeta siue tristia nunciantes, pinnas in hastis vel in capite gerentes. v. *Salmas.* ad scriptt. H. A. T. I. p. 104. et 1023.

στίμμις, (genere feminino, pro στίμμι in neutro) ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος, Αἰγυπτίων μέν ἐστι φωνὴ, κεῖται δὲ ὅμως καὶ παρὰ Ἴωνι τῷ ποιητῇ. *Aristophanes* grammaticus apud *Eustath.* ad Odyss. ξ, p. 1761, 32. Locum *Ionis* habet etiam *Pollux* 5, 101. In versione Alexandr. Ierem. 4, 30. codex Alex. pro στίβι exhibet στίμη. Vitiose, opinor.

στολισταὶ, genus sacerdotum Aegyptiorum. *Clemens Alex.* stromm. 6, p. 633. D. ὁ στολιστὴς — ἔχων τόν τε τῆς δικαιοσύνης πῆχυν, καὶ τὸ σπονδεῖον. Vocantur etiam ἱεροστολισταὶ apud *Porphyr.* de abstin. 4, 8. et ἱεροστόλοι apud *Plut.* de Is. et Os. c. 3. e cuius cap. 39. intelligitur etiam nominis ratio. Nam, γῆν, inquit, κάρπιμον φυρῶσι τῷ ὕδατι, καὶ συμμίξαντες ἀρώματα καὶ θυμιάματα τῶν πολυτελῶν, ἀναπλάττουσι μηνοειδὲς ἀγαλμάτιον· καὶ τοῦτο στολίζουσι καὶ κοσμοῦσιν. Paulo ante dicuntur τὴν ἱερὰν κίστην ἐκφέρειν, vbi tamen, propter ea quae in v. κωμασίαι dicta sunt, vel minus accurate scripsisse Plutarchum existimem, vel ἐκφέρειν de cura et inspectione circumferendae cistae mysticae interpretandum esse. Nam στο-

λισταὶ fuerunt maiore dignitate, quam *κωμασταὶ* vel *κιστοφόροι*. Latine dici possunt *vestitores diuinorum simulacrorum*, cum *Firmico* 3, 12. vel *vestitores deorum*, cum eodem 3, 14. Similiter interpretes Alexandrini 2 Reg. 10, 22. ἐξάγαγε ἔνδυμα τοῖς δούλοις τοῦ Βάαλ. καὶ ἐξήνεγκεν αὐτοῖς ὁ στολιστής. Omnino v. *de Schmidt* l. l. p. 128—134.

συμφιλολόγον de *condiscipulo* dicere, δεινῶς βάρβαρον καὶ Αἰγύπτιον iudicat *Phauorin.* in v. *συμφοιτητήν*.

σφραγισταὶ fuerunt sacerdotes Aegyptii, de quibus haec prodidit *Plutarch.* de Is. et Os. 31. τὸν μέλλοντα θύεσθαι βοῦν οἱ σφραγισταὶ λεγόμενοι τῶν ἱερέων κατεσημαίνοντο. Apud *Porphyr.* de abstin. 4, 7. p. 316. vocantur *μοσχοσφραγισταί*. Ita enim *Rhoerius* recte edidit. Vnde haud dubie apud *Clem. Alex.* stromm. 6, p. 633. D. vbi ὁ στολιστὴς dicitur scire debere τὰ μοσχοσφαγιστικὰ καλούμενα, rescribendum est *μοσχοσφραγιστικά*. Cf. *de Schmidt* l. l. p. 181—186. et *de Rhoer* ad *Porphyr.* l. l.

ὡρολόγοι et

ὡροσκόποι, quorum nominum illud habet v. c. *Chaeremon* apud *Porphyr.* de abstinent. 4, 7. extr. hoc *Clemens Alex.* stromm. 6, p. 633. B. fuerunt sacerdotes Aegyptiorum primi ordinis, de quorum munere et insignibus permulta attulit *Schmidt* l. l. p. 148—164.

Restat vt promissi memor nonnulla exponam de literarum, quibus Aegyptii Graeci in scribendo vsi sint, figura et forma, atque de pronunciatione et orthographia.

Et primo quidem quod ad literarum characteres attinet, non pigebit hic legisse adscripta, quae

Schowius iudicauit 6). »Graeci in Aegypto habi- »tantes, a primis vsque Ptolemaeorum temporibus »non modo mores et linguam sed et characterem »alphabeti vulgarem mutasse videntur. Huius mu- »tationis exempla offerunt inscriptiones statuae Me- »mnonis 7) vna cum inscriptione monumenti Qui- »riniani 8), fragmentum Euangelii Iohannis in Mu- »seo Borgiano Velitris 9), et codex regius Diosco- »ridis, in Aegypto scriptus, cuius specimen a »Montfauconio palaeogr. Graec. lib. 3. p. 256. exhi- »betur. In quo autem proprie constiterit haec cha- »racteris Graeci mutatio, ex alphabeto Coptico, vbi »antiquus et genuinus character Graeco-Aegyptius »sine dubio seruatus est, clarius adhuc perspicitur. »Exoleto enim aut neglecto alphabeti Aegyptii cha- »ractere, alphabetum Graeco-Aegyptium vsu adeo »inualuit, vt ab ipsis etiam indigenis adhiberetur. »Quum autem literae noui huius alphabeti ad so- »num vocum Aegyptiarum exprimendum haud suf- »ficerent, aliae septem ex antiquo alphabeto Aegy- »ptio adsciscebantur, quibus etiam in vocibus Ae- »gyptiis scribendis Graeco-Aegyptii interdum vsi »fuisse videntur, vt in inscriptione monumenti Qui- »riniani obseruatum fuit; quodque etiam vidimus »in inscriptione statuae Memnonis ap. Pocock. (*De- »scription of the east*) tom. I. p. 104. tab. XXXIX. »21. quae ita incipit: εϑρανσε Καμβυσης με τονδε »τον λιϑον. vbi iuxta lin. 2. et 3. characteres Ae- »gyptii notati sunt, quorum duo (ordine secundus

6) v. Charta papyracea Graece scripta Musei Borgiani Velitris, edita a *Nic. Schow* cum adnotatione critica et palaeographica, Rom. 1788. fol. p. 118.

7) Has tamen ne quis quaerat in *Paul. Ern. Iablonski* syntagmatibus de Memnone, Frcf. ad Viadr. 1753. 4.

8) Haec inscriptio accurate descripta est a *Schowio* p. 58.

9) Fragmentum Euangelii S. Iohannis Graeco-Copto-Thebaicum, vna cum aliis fragmentis Copticis Musei Borgiani Velitris, editum ab *Augustino Antonio Georgio*, Rom. 1789. 4.

»et tertius) iis, quos inscriptio monumenti Quiri»niani exhibet, perquam similes sunt Nouum hocce »alphabetum, ex literis Aegyptiis et Graeco-Aegy»ptiis compositum, quod diu etiam ante Christum »natum inter indigenas Aegypti in vsu fuisse vide»tur, nos hodie Copticum (i. e. Aegyptium) appel»lamus, cuius appellationis vim et originem Didy»mus Taurinensis in Rudimento litterat. Copt. pag. 7. »erudite exponit: tempus autem, quo haec vnio »alphabeti Graeco-Aegyptii cum antiquo Aegyptio »facta fuerit, deficiente omni auctoritate historica »accurate definiri nequit.« Haec *Schowii* doctissimi verba quomodo conciliari possint cum speciminibus literarum, quae e codicibus veteris testamenti Graeci Alexandrino et Turicensi dedit *Breitingerus* 10), atque ex Alexandrino noui testamenti *Woidius* 11), viri eruditi iudicent ipsi. Fortasse tamen quispiam coniecerit, Alexandriae, quippe quae civitas viris doctis omnis generis plena esset, diutius retentas fuisse veteres et genuinas literarum Graecarum formas, quam Ptolemaide, vbi scripta videtur charta Borgiana 12). Aliis ex hac ipsa literarum in codicibus modo dictis et in Borgiana charta forma diuersa videbitur recte posse demonstrari, recentioris aetatis esse codices Alexandrinum et Turicensem, quam vulgo creditum est 13). Certe

10) Specimen literarum e codice Alexandrino exhibuit in prolegom. ad T. I. cap. 1. §. 6. extr. e Turicensi praemisit epistolae ad Quirinum, de antiquissimo Turicensis bibliothecae Graeco Psalmorum libro, Turici 1748. 4.

11) v. *Car. Godofr. Woidii* notitia Codicis Alexandrini, Lond. 1786. fol. et recusa cum notis *Gttli. Leberecht Spohnii*, Lips. 1788. 8.

12) v. *Schow.* praefat. p. XXXII.

13) Nam codicem Alexandrinum *Breitingerus* in prolegom. ad T. I. cap. 1. §. 5. haud diu ante annum 396. exaratum putat. Turicensem autem, quem non amplius Turici versari dolendum est (v. Allgem. Literat. Zeit. 1791. nr. 171. p. 565.),

Schowius p. 119. »Codex Graeco-Aegyptius, in»quit, quo antiquior est, eo magis characterem »alphabeti Coptici refert.« Sed, vt diximus, nihil hoc in genere certi putamus posse constitui.

Paulo certiora videntur afferri posse de orthographia et pronunciatione ab Alexandrinis obseruata. Etsi enim negari nullo modo a quoquam potest, in eorum numero, quae *Breitingerus* e codicibus saepe laudatis notauit, multa esse librariorum peccata, e quibus qui certi aliquid velit efficere, valde sit temere facturus, quamquam in hoc quoque de librariorum peccatis iudicio permagna cautione opus esse expertus sum [14]): tamen e multis illis, quae cum constantia quadam differre a reliquorum Graecorum et antiqua scribendi ratione vir doctus obseruauit, definiri aliquid verisimiliter posse arbitror. Quare quo melius possit, quae sit huius differentiae ratio, cognosci a lectoribus et iudicari, quae *Breitingerus* e codicibus suis attulit diuersitatis scribendi exempla, maximam partem huc in vnum locum congerere et ordinare non dubitaui, non neglectis illis, quae in charta Borgiana sunt hanc in rem obseruata. Scilicet, vt incipiam a vocalium et diphthongorum permutatione [15]), scripsisse in nonnullis vocabulis Alexandrini videntur

idem in epist. ad Quirinum p. 32 non dubitat ratione antiquitatis vel Alexandrino praeferre. Quae codicis Alexandrini antiquitas etsi *Spohnio* aliisque nimia videtur, tamen hoc multi concedunt, probabiliter disputari posse, num saeculo quinto, sexto vel septimo sit exaratus.

14) Quis v. c. non mendum esse putet Lev. 11, 29. vbi κορκόδιλος scriptum est pro κροκόδειλος? Et tamen putet quis illud posse defendi ex iis, quae supra dixi §. 8. not. 15. quanquam mihi quidem κορκόδιλος non minus videtur librarii negligentiae deberi, quam Luc. 12, 58. πάρκτορι pro πράκτορι.

15) De cuius origine et causis optime disseruit *Schow.* in praefat. p. XLI, δ. et in notis p. 88—91.

A pro E, vt ἐραυνᾷν et ἐξεραυνᾷν Gen. 31, 33. 44, 12. Deut. 13, 14. Iud. 5, 14. 18, 2. 1 Reg. 23, 23. 3 Reg. 20, 6. 1 Paral. 19, 3. Ps. 108, 11. 118, 2. 34. 69. 115. 129. Ierem. 27, 26. Obad. 6. 1 Cor. 2, 10. ἀνεξεραύνητα Rom. 11, 33. Fit hoc inprimis in nominibus Aegyptiae originis, quoniam antiqua lingua Aegyptia sine vocalibus scribebatur, v. c. Σάραπις, Σαραπίων, vbi alii in prima syllaba adhibent E. v. *Schow*. p. 54.

A pro H, vt ἀνάστατε pro ἀνάστητε 2 Reg. 15, 14.

A pro O, vt ἔπεσαν Ps. 19, 9. Βαρσανοῦφιος pro Ὀρσανοῦφις, v. *Schow*. p. 90. Ἁρπακρᾶς pro Ἁρποκρᾶς ex Ἁρποκράτης Chart. papyrac. Borg. III, 9. IV, 24. Cf. *Schow*. l. l. Ζηΐλᾶς pro Ζώϊλος Chart. Borg. IX, 3. fragm. 12, 4.

A pro Ω, vt ἀνάγαιον Marc. 14, 15. Luc. 22, 12. Cf. *Maittaire* p. 26.

AI pro E, vt αἰὰν 4 Reg. 20, 19. αἰν pro ἐν 3 Reg. 6, 34. Nehem. 12, 36. μαι Ierem. 28 (51), 34. σαι 1 Maccab. 11, 42. ται encliticum pro τε in cod. Turic. Ps. 57, 6. Sic in nominibus, vt ἀδελφαὶ pro ἀδελφὲ 3 Reg. 13, 30. αἴνιοι 3 Maccab. 3, 3. αἰσθήσεσιν 3 Macc. 1, 14. Luc. 24, 4. αἴτεραι Marc. 15, 41. Sed Luc. 8, 3. ἕταιραι. αἴτη Ier. 41 (34), 14. Act. 9, 33. γραμματαία 2 Esr. 4, 17. Nehem. 8, 13. γραμματαίων Matth. 27, 41. Marc. 7, 1. 8, 31. etc. καινὸν Iob. 29, 20. Ps. 7, 5. Ier. 18, 15. 27, 9. Sapient. 1, 11. Marc. 12, 3. Act. 4, 25. Μακαιδονία et Μακαιδὼν Act. 16, 9. 10. 12. 19, 21. 22. etc. παῖδας pro πέδας 1 Macc. 3, 41. Marc. 5, 4. Luc. 20, 11. παῖδες pro πέδαις 4 Reg. 25, 7. 2 Paral. 33, 11. παιδινῆς Ezech. 3, 22. παιδίον 1 Reg. 14, 14. 20, 5. Ier. 14, 18. χάλκαιον Iob. 20, 24. χεῖραις Nehem. 2, 18. χειροπαῖδες pro χειροπέδαις Ies. 45, 14. Ier. 17, 26. Nahum. 3, 10. In cod. Turic. αἰδέσματα Ps. 54, 15. Βηρσαβεαὶ Ps.

50, 2. γραμματαίως Ps. 44, 2. θυραιοὺς Ps. 45, 10. σκνίφαις pro σκνίφες Ps. 104, 31. Etiam in verbis, vt αἴα Marc. 1, 24. ἀναίβενεν Ezech. 8, 11. Act. 3, 1. ἀναιλάβετε Amos 5, 26. καταίβεννεν Luc. 10, 31. παιζεύειν Act. 20, 13. ῥύσαιτε pro ῥύσεται Ps. 17, 44. Cod. Turic. καταισθίοντες Ps. 52, 5. Cf. Galat. 5, 14. Inprimis in terminationibus verborum, vt ἀκούεται et συνίεται 7, 14. ἀποκρίνεσθαι Zephan. 2, 3. βλέπεται Marc. 8, 18. γνώσεσθαι Marc. 4, 13. δουλεύσεται pro δουλεύσητε 3 Reg. 9, 6. δύνασθαι Ier. 6, 10. Marc. 14, 7. etc. ἐδώκαται Matth. 25, 35. 42. ἐπιγνώσεσθαι Zachar. 6, 15. ἔσται pro ἐστὲ Ies. 41, 28. Ier. 18, 17. θέλεται Matth. 26, 15. κατακληρονομέσεται pro κατακληρονομήσητε 1 Paral. 28, 8. περιέλεσθαι et περιτμηθήσεσθαι Ier. 4, 4. πορεύεσθαι Ier. 10, 2. Matth. 25, 9. 41. Huius generis vnum modo exemplum repertum est in codice Turicensi.

AI pro H, vt μεγάλαι pro μεγάλη Zephan. 1, 14. φωναὶ Ier. 3, 21.

E pro A, vt καθερίζειν Lev. 9, 15. 14, 4. Num. 12. extr. 2 Paral. 34, 5. Nehem. 12, 30. Ps. 11, 7. Ier. 13, 27. 1 Macc. 13, 47. 50. 2 Macc. 2, 19. 14, 36. 2 Esr. 6, 20. Marc. 1, 42. Luc. 17, 14. etc. μιερὸς 2 Macc. 4, 10. μιεροφαγεῖν 4 Macc. 5, 19. 25. 27. τέσσερα, τεσσεράκοντα, τεσσερακοστὸς 2 Reg. 2, 10. 5, 4. 10, 18. 3 Reg. 6, 1. 15, 33. Iob. 42, 16. Ps. 94, 10. Prov. 30, 24. Zachar. 1, 18. 21. Marc. 1, 13. Luc. 4, 2. Cf. *Maittaire* p. 148. sq. Etiam in Turicensi codice hoc genus reperitur.

E pro AI, vt Ἁρμαθὲμ pro Ἁρμαθάϊμ 1 Reg. 1, 3. ἀφερεῖτε pro ἀφαιρεῖται Luc. 16, 3. βιβλιοθήκες 2 Esr. 6, 1. διαφεροῦσιν pro ἀφαιρ. 1 Reg. 17, 39. ἔλεον Luc. 10, 34. ἐμὲ pro ἐμαὶ Ezech. 18, 4. ἐνέπεζον Matth. 27, 29. ἐνέπεξαν v. 31. Marc. 15, 20. ἐξέφνης Luc. 2, 13. 9, 39. ἔπεσεν pro ἔπαισεν 3 Reg. 16, 16. 4 Reg. 25, 21. Iob. 4, 19. 16,

10. Ierem. 5, 6. 14, 19. 37. (30), 14. Dan. 8, 7. *ἔρειν* 2 Reg. 24, 12. Ies. 46, 7. Ier. 17, 21. Luc. 8, 12. 11, 22. *ἐφνίδιος* Luc. 21, 34. *εὐκερίαν* Luc. 22, 6. *ἔστε* pro *ἔσται* Ier. 25, 2. *θερμενόμενον* Marc. 14, 67. Ioh. 18, 18. 25. *κε* pro *καὶ* Ier. 10, 19. *κενὸς* et *κενότης* Deut. 32, 17. 3 Reg. 8, 35. Iob. 6, 6. *κεροῦ* pro *καιροῦ* Dan. 7, 12. *κρεπάλη* Luc. 21, 34. *νάβλες* 1 Paral. 16, 5. *πέδες* Iudit. 7, 12. 4 Macc. 6, 22. *πίητε* pro *πίεται* 1 Reg. 1, 11. *ποίησε* pro *ποίησαι* Ier. 6, 26. *σκέψε* Zachar. 11, 13. *συνέρχετε* Marc. 3, 20. *τὲς* pro *ταῖς* 1 Macc. 14, 5. *χαλκὲς* 1 Macc. 14, 18. *χειροπέδες* Ier. 47 (40), 1. E codice Turicensi notauit *Breitingerus* haec: *ἔρειν* Ps. 32, 2. *ἀντανερεθήσονται* Ps. 57, 9. *ἀντανέρων* Ps. 45, 10. *ἐπέρετε* Ps. 74, 6. *κρατεοὺς* Ps. 134, 10. *Ζιφέους* Ps. 53, 2. *κεκρεπαληκὼς* Ps. 77, 65. *παλεστὰς* Ps. 38, 6.

E pro EI, vt *ἀποκτένουσιν* s. *ἀποκτέννουσιν*, vt est in editione Romana, 2 Reg. 4, 12. Cf. *Maittaire* p. 126. et 209. *ἀπέκτενον* Ps. 100, 8. *χὲρ* 1 Reg. 18, 21.

E pro H, vt *ἀνάστεμα* Zephan. 2, 14. Zachar. 9, 8. *ἄλεκτον* 3 Macc. 4, 2. (nisi *ἄδεκτον* malis.) *διάστεμα* Ezech. 41, 6. 42, 5. *ἐλλόμην* Iob. 6, 10. *ἐξέλθεν* Iob. 37, 20. *εὕρεμα* Ierem. 45 (38), 2. 46 (39), 18. 51 (45), vlt. Cf. *Maittaire* p. 88. *ἐψέματος* Hagg. 2, 13. *ζετεῖν* 1 Reg. 24, 3. *θυγάτερ* 4 Reg. 11, 2. *σύστεμα* Ezech. 31, 14. 3 Macc. 3, 6. *ὑπόστεμα* 1 Paral. 11, 16.

E pro I, vt *χειλεάρχῳ* 1 Reg. 17, 18. *ἀλεεῖς* Luc. 5, 2.

EI pro H, vt *ἔθνει* pro *ἔθνῃ* Ies. 55, 5. *εἴ τις* pro *ἥτις* Ierem. 23, 40. *ἐνδεεῖς* pro *ἐνδεὴς* Prov. 11, 12. *Ἐπιφανεῖς* 1 Macc. 1, 11. *ἤδει* Rom. 13, 11. *πύλει* pro *πύλῃ* 4 Reg. 7, 18. Sic in secunda persona futuri, vt *δυνήσει* 1 Macc. 6, 27. *ἐξεμέσει* Prov. 25, 8. Cf. supra §. 9. not. 4.

EI pro I, vt ἀγαλλιάσεις pro ἀγαλλίασις Ps. 29, 6. Luc. 1, 14. ἀναπαύσεις Iob. 3, 23. Eccles. 6, 5. βλασφημεία Marc. 7, 22. ἡμεῖν et ὑμεῖν Matth. 25, 9. ἐπεὶ pro ἐπὶ Nehem. 3, 4. Prov. 16, 23. 27. Ies. 9, 12. 10, 4. Dan. 9, 1. Amos 1, 10. 14. Matth. 27, 6. ἔτει pro ἔτι Ier. 22, 12. 23, 4. καθείσῃ pro καθίσει Ierem. 29 (49), 18. Dan. 7, 26. ῥαββεὶ Matth. 26, 49. λαλεία pro λαλιὰ v. 73. μεικρότερον Marc. 4, 31. 14, 35. 15, 40. φωρολογείας pro φορολογίας 1 Macc. 1, 29. χειλεάρχῳ 1 Reg. 17, 18. it. in verbis, vt ὤσει pro ὦσι 2 Esr. 7, 25. εἰδυεῖα Marc. 5, 33. γείνεται Matth. 26, 1. 27, 24. Marc. 4, 11. etc. ἤγγεισεν Luc. 7, 12. καθείσατε Matth. 26, 36. ἀπεκεφάλεισα Luc. 9, 9. etiam pro I consonante, vt Εἰαβεὶς 1 Reg. 11, 9. 12, 9. Εἰαμεὶν 1 Reg. 14, 51. Εἰάσωνος 2 Macc. 2, 24. Εἰεδιδία 2 Reg. 12, 25. Εἰεθὲρ 1 Reg. 30, 27. Εἰεθεραὰμ 2 Reg. 3, 5. Εἰελδὰφ 4 Reg. 23, 36. Εἰεμενεὶ 2 Reg. 16, 11. Εἰεμιναίου 1 Reg. 9, 1. Εἰεριχὼ Iudith. 4, 4. Εἰεσσαιμοῦ 1 Reg. 26, 3. Εἰηοῦ 3 Reg. 16, 1. 7. Σαρούεια 1 Reg. 26, 6. In codice Turicensi μεισεῖν Ps. 43, 8. 44, 8. 54, 13. 96, 10. κείνησιν Ps. 43, 15. πείονι Ps. 91, 11. πειότητος Ps. 62, 6. πείωμαι Ps. 49, 13. πείονται Ps. 74, 9. Θαρσεὶς Ps. 71, 10. χειόνα Ps. 50, 9. Idem codex constanter legit Σειὼν pro Σιών. In charta Borgiana 4, 11. ῥαβδειστής. v. *Schow*. p. 56.

H pro A, vt μαχαίρης Ierem. 32, 16.

H pro E, vt ἔννηα pro ἐννέα 2 Reg. 2, 30. εὐθὴς 2 Reg. 19, 6. ἡμάρτητε pro ἡμάρτετε Ierem. 47 (40), 3. ἢν pro ἐν 1 Paral. 28, 8. ἠσθηνικῶς Ezech. 34, 4. πίητε pro πίεται 1 Reg. 1, 11. πλήρης 4 Reg. 6, 17.

H pro EI, vt δαψιλῆ 1 Macc. 3, 30. δήλαιοι Hos. 7, 13. δυσχερῆ 2 Macc. 9, 17. ὄψῃ Matth. 27, 4. Ioh. 1, 51. 11, 40. διαρπάσῃ Marc. 3, 27. παρέξῃ Luc. 7, 4.

H pro I, vt διαχωρῆσαι 1 Macc. 12, 36. ἀλητήριος 2 Macc. 12, 23. 14, 42. 15, 3. θρηξὶν Luc. 7, 38. 43. Ioh. 11, 2. 12, 1. κλησίας Luc. 9, 14. πλουτῆσαι Sirac. 11, 21. πρωτοκλήσια 2 Macc. 4, 21. πρωτοκλησίας Marc. 12, 39. Luc. 14, 7. 8. 20, 46. χρήσεις 3 Reg. 19, 15. 16. ὠδίνη Ies. 26, 17. Ἦσις pro Ἶσις, v. *Schow*. p. 89, δ. Vnde Πάησις in chart. Borg. 2, 13. 3, 10. 9, 27. et Πούησις 2, 1. 12, 29. et fragm. 10, 6.

H pro Υ, vt εὐθὴς 2 Reg. 17, 4. 1 Paral. 15, 4. Prov. 21, 29. 27, 21. (Cf. *Maittaire* p. 39.) et saepe ἡμεῖς pro ὑμεῖς.

H pro Ω, vt Ζηΐλᾶς pro Ζώϊλος in charta Borg. 9, 3. et fragm. 12, 4.

I pro EI, vt ἀχρῖον Matth. 25, 30. Luc. 17, 10. γράμματι pro γραμματεῖ 2 Esr. 7, 11. 12. ἐπίνασα Matth. 25, 35. 42. Marc. 2, 25. ἔτι pro ἔτει 1 Macc. 1, 11. ἰδότες Iob. 19, 19. 20, 7. Ierem. 9, 6. ἰσχύι Prov. 18, 19. ἰωθὸς Act. 17, 2. μετρῖται pro μετρεῖτε Marc. 4, 24. παιδιὰ pro παιδεία Sirac. 4, 17. et saepe. πινῶντι Ezech. 18, 7. 16. Prov. 28, 15. πρόσπινος Act. 10, 9. χίμαῤῥοι Eccles. 1, 7. χρῖαν Marc. 11, 3. Luc. 9, 11. 15, 7. 19, 33. 22, 71. Ioh. 2, 25. 13, 29. 16, 30. In codice Turicensi αἰνῖτε constanter praeter Ps. 146, 1. ἀναγγῖλαι Ps. 51, 2. 63, 10. ἀπήγγιλα Ps. 39, 6. ἀσεβίαν Ps. 72, 6. ἀντάμιψιν Ps. 118, 112. βαθῖα Ps. 63, 7. βοηθία Ps. 57, 23. et passim. Cf. *Maittaire* p. 127. extr. γίτοσιν Ps. 43, 14. δανίζεται Ps. 36, 21. διαφθίρης Ps. 57, 1. et saepius. διέσπιρας Ps. 43, 12. διλία Ps. 54, 5. διλιάσω Ps. 26, 1. 77, 53. δίξω constanter, praeter Ps. 58, 11. δυναστία Ps. 64, 7. ἐνετίλατο Ps. 77, 5. etc. ἐντίνειν Ps. 44, 5. 63, 4. ἐντραπίησαν Ps. 39, 15. ἐξάλιψον Ps. 50, 3. 11. ἐξαπέστιλεν Ps. 56, 4. ἐξεγίρεσθαι Ps. 72, 20. ἐξεπίρασαν Ps. 77, 18. ἐξέτινεν Ps. 54, 21. ἐξήγγιλα Ps. 55, 9. et passim. ἐξίλατο Ps. 114, 8. ἐξομολογῖσθε Ps. 29,

5. et passim sic. ἐπαινῖσθε Ps. 104, 3. etc. ἐπὶ pro ἐπεὶ Ps. 77, 20. et saepe. ἐπικαλῖσθε Ps. 104, 1. et passim. εὐθία Ps. 26, 11. 57, 2. 77, 37. εὐπρεπία Ps. 49, 2. ἴδου constanter pro εἶδον. ἰδώλοις Ps. 96, 7. etc. ἰκόνι Ps. 38, 7. ἵλκυσα Ps. 118, 131. ις pro εἶς Ps. 105, 11. ἡγῖται Ps. 103, 17. κρῖσσον Ps. 62, 4. et passim. λαλῖτε Ps. 74, 6. λιτουργεῖν Ps. 100, 6. μεγαλοπρεπία Ps. 28, 4. μυίαν Ps. 110, 4. οἰκτίρει Ps. 36, 21. ὀνιδίζειν et ὄνιδος Ps. 38, 9. 43, 17. 54, 13. 73, 10. 18. et passim. ὀξῖα Ps. 56, 5. πάρι pro πάρει Ps. 138, 8. πετινὰ Ps. 49, 11. et passim. πινᾶν Ps. 49, 12. πλατιῶν Ps. 54, 12. πτωχία Ps. 43, 25. σκότι Ps. 81, 5. συγγενία Ps. 73, 8. ταπινοῦν Ps. 37, 9. 43, 20. 50, 10. 19. 71, 4. 74, 8. etc. Φίσεται Ps. 71, 13. 77, 50. ὠφελία Ps. 29, 10. In charta Borgiana Νῖλος 3, 33. 8, 26.

I pro H, vt δεδιμιουργημένους 2 Macc. 10, 2. ἴδιον pro ἥδιον Sirac. 22, 11. κτίσει 2 Esr. 8, 21. Ps. 103, 24. Prov. 1, 13. ῥιτίνη Ierem. 8, 22. 28 (51), 8. στιρίσει Ierem. 17, 5.

I pro OI, vt Φινίκης Ies. 23, 2.

I pro Υ, vt δίο 2 Reg. 2, 12. δοριάλωτον 2 Macc. 5, 11.

O pro E, vt Κολλαῦθ in charta Borg. 10, 26. pro Κελλαῦς s. Κελλαῦτ, quod est 11, 4.

O pro OI, vt ἐπόησε pro ἐποίησε. v. *Schow.* p. 66. et *Maittaire* p. 12. sq.

O pro Ω, vt ἀθοωθήσεται 1 Reg. 26, 9. 3 Reg. 2, 9. Prov. 6, 29. et *Theophil.* ad Autolyc. 3, p. 126. B. Ierem. 26 (46), 28. 15, 15. 18, 23. Ioel 3, 21. Nahum. 1, 3. ἀρχιεροσύνης 1 Macc. 7, 21. ἕτερον pro ἑταιρῶν 2 Macc. 6, 4. ἐμοιχῶντο Ierem. 5, 7. κόμης Iob. 38, 32. ὀρύονται Epist. Ierem. 31. τῶν οἴκον 4 Reg. 23, 7. Sic αὐτὸν pro αὐτῶν 1 Macc. 6, 58. μεῖζον pro μείζων Marc. 4, 32. πρόϊμον Ierem. 5, 24. προτότοκα Nehem. 10, 36. σορῷ pro σωρῷ Iob. 21, 32. In codice Turicensi ἀγαθο-

σύνης Ps. 51, 5. *ἁγιοσύνης* Ps. 144, 5. *μεγαλοσύνης* Ps. 144, 3. *ὀρυώμενοι* Ps. 103, 21.

OI pro I, vt *οἰκετῶν* pro *ἰκ.* Sirac. 36, 17.

OI pro Υ, vt *κατανοίγητε* Ps. 4, 5. *κοινῶν* Iob. 30, 1. *οἰποίσω* Iob. 31, 23. *σοὶ* pro *σὺ* Ps. 118, 114. Iob. 18, 4. etc.

Υ pro EI, *ἡμίσυ* pro *ἡμίσει* 1 Paral. 27, 20.

Υ pro H, vt *τὰ ἡμίσυ* Luc. 19, 8. *πανυγυρίσατε* Ies. 66, 10. *περιψύχων* Sirac. 50, 7. *ὑμεῖς* pro *ἡμεῖς* saepissime.

Υ pro I, vt *γύνεται* 2 Reg. 12, 27. *καθυδρύσαντες* 3 Macc. 7, 20. *κατευθυκτήσας* 2 Macc. 14, 43. *Φύλων* pro *Φίλων* 1 Macc. 7, 8.

Υ pro OI, vt *διήνυκται* pro *διήνοικται* Iob. 29, 19. *σχῦνον* Ps. 138, 3. *σὺ* pro *σοὶ* Ps. 9, 35. Cantic. 1, 8. 2, 13.

Υ pro OΥ, vt *ἡμίσυς* pro *ἡμίσους* Exod. 25, 10. 17. 23. 38, 1. Sed 26, 16. legitur *ἡμίσους*.

Ω pro O, vt *ἀνταπόδωμα* et *ἀνταποδωθήσεται* Obadi. 15. *αὐτῶν* pro *αὐτὸν* Dan. 11, 5. *παρέδωσαν* Luc. 1, 2. Sic *ἵππων* 2 Paral. 1, 17. et *μόσχων* Ezech. 43, 19. *παλαιωτέρων* Esth. 8. in epistola. *πλοῦτως* Ies. 29, 7. *Φωρολογείας* pro *Φορολογίας* 1 Macc. 1, 29. *ὠ Φελεθθεὶ* pro *ὁ Φελ.* 2 Reg. 15, 18. etc. *ὠλεθρεύων* Ierem. 2, 30. *ὡμωλογήσαμεν* Ier. 51 (44), 25. In codice Turicensi *ἀλλοιωθησωμένων* Ps. 79, 1.

Ω pro OΥ, vt *Ὄννωφρις* pro *Ὀνοῦφριος*. v. *Schow.* p. 91. qui ibidem docuit, permutari sic invicem *Πουλίων* et *Πωλίων*.

Ω pro Υ, vt *Μίωσις* in charta Borg. 11, 4.

Haec de vocalium inter se permutatione dixisse, putarem abunde sufficere ad cognoscendum vsum Alexandrinum, nisi alia quaedam cum hac de vocalibus doctrina cohaerentia superessent, quae, cum et nitantur vitiosa illa, quam diximus, pronunciandi scribendique ratione, et eandem Alexan-

drinam fuisse denuo probare videantur atque confirmare, praetermitti hoc loco et negligi nullo modo possunt. Et inprimis quidem huc referendum putabam augmentum in verbis vel neglectum omnino et omissum, vel inepte et praeter consuetudinem Graecorum adhibitum, vel adeo duplicatum. Primi generis exempla sunt: *περιπάτει* pro *περιεπάτει* Ioh. 5, 9. 10, 23. item quod

A non est mutatum in E, vt *κατάβης* pro *κατέβης* 2 Reg. 11, 10. neque in H, vt *ἀπαλλάχθαι* pro *ἀπηλλ.* Luc. 12, 58.

E non mutatum in H, vt *ἀπενέχθη* Ioh. 21, 32. *ἐδύνατο* Marc. 5, 3. 6, 5. 19. Luc. 1, 22. *ἐπερώτων* 13, 3. 14, 61. *ἐρώτα* Luc. 11, 37. Cf. tamen quae dixi §. 9. de forma *ἔμελλον* et similibus.

I non mutatum in E, vt *ἐπιτείμησεν* Luc. 9, 42. 55. *ἐπιγείνωσκον* pro *ἐπεγίνωσκον* Act. 3, 10.

O non mutatum in Ω, vt *ἀνορθώθη* Luc. 13, 13. *ἐζογράφησα* Ies. 49, 16. *ἐξομολογεῖτο* Tob. 11, 16. *ἑόρακα* Zachar. 1, 8. 4, 2. *εὐοδώθη* et *εὐόδωσα* et *κατευοδώθη* 2 Paral. 35, 13. 14, 7. Ies. 48, 15. Dan. 8, 11. 12. 1 Macc. 2, 47. 3, 6. 14, 36. 1 Cor. 16, 2. *κατορθώθη* 2 Paral. 35, 10. *ὁμοιώθημεν* Ies. 1, 9. Rom. 9, 29. *ὀνομάσθη* 1 Macc. 14, 10. *ὁπλοδότησεν* 1 Macc. 14, 32. *ὀχύρωσαν* 1 Macc. 6, 26. *προορώμην* Ps. 16, 8. Act. 2, 25. In cod. Turic. *ὀλιγοψύχησεν* Ps. 76, 4. *ὁδοποίησε* Ps. 77, 50. *κατορθούμην* Ps. 118, 128.

OI non mutatum in ΩI, vt *ἐποικοδόμησεν* 1 Cor. 3, 14. *κατοίκουν* et *κατοικίσθησαν* 2 Reg. 2, 3. Ezech. 38, 12. 1 Esr. 5, 45. 1 Macc. 13, 48. *οἰκήσαμεν* Ier. 42 (35), 10. *οἰκοδόμησεν* et *οἰκοδομήθη* Ruth 4, 11. 3 Reg. 7, 12. Tob. 1, 4. 1 Macc. 1, 54. 10, 12. 16, 9. *οἰκτείρησεν* (Cod. Turic. *οἰκτίρισεν*) Ps. 102, 13.

Inepte et alieno loco positum est augmentum in his: *ἐμωδίασαν* pro *ἡμωδ.* Ier. 38 (51), 29. *ηὐλο-*

γημένοι Matth. 25, 34. ἐπροφήτευσεν Luc. 1, 67. ηὑρέθη Luc. 15, 24. 32. προσηργάσατο Luc. 19, 16. ἠργάζετο Act. 18, 3. ῳκοδομήσας Deut. 8, 12. ῳκοδομῆσαι 1 Macc. 15, 39. ῳκοδομήσωμεν Ies. 9. 10. ῳκοδομηθήσονται Ier. 12, 16. In codice Turicensi ἀντελάβοιντο Ps. 39, 12. ῳκοδομουμένη Ps. 121, 3.

Duplicatum augmentum extat Ps. 48, 13. 21. vbi in vtroque codice legitur παρεσυνεβλήθη. Sic Marc. 5, 5. et Luc. 6, 10. in Cod. Alex. ἀπεκατεστάθη.

Praeter haec etiam crasis s. contractio vocalium frequens fuit in dialecto Graeco-Aegyptia s. Alexandrina. Sic in charta Borgiana saepe leguntur Πάσις et Τάσις pro Πάησις et Τάησις. v. *Schow.* p. 91. et 97. Ibidem 11, 8. est ψαθοπλόκος pro ψιαθοπλόκος. Cf. *Schow.* ad h. l. p. 94. Videtur tamen nec haec fuisse in omnibus vocabulis facta. Certe in codice Turicensi non κἀγὼ legitur, sed καὶ ἐγὼ, Ps. 72, 22, 88, 28. etc. nec ὀστᾶ, sed ὀστέα Ps. 28, 8. Apostrophus quoque in eodem codice neglectus reperitur, vt ἐπὶ οἶκον Ps. 121, 5. et in Alexandrino Luc. 3, 2. ἐπὶ ἀρχιερέως. 14, 9. μετὰ αἰσχύνης. Cum vero vtrumque ab optimis quoque scriptoribus antiquis constet factum esse, non est quod his diutius immoremur.

Progrediatur potius disputatio nostra ad describendam consonantium inter se permutationem, quae vel maxime conferre multum videtur ad diligentius cognoscendam pronunciationem et orthographiam Alexandrinorum, quibus eam aeque ac vocalium commutationem mutuam vsitatam fuisse docent iidem codices antiqui, inprimis Alexandrinus. Reperiuntur autem adhibuisse

Γ pro K, vt δάγνοντες Habac. 2, 7. διγνύειν pro δεικνύειν Exod. 25, 9. Deut. 1, 33. Sapient. 18, 21. Ioh. 2, 18. 5, 20. ἐνδιγνύμενος Epist. Ier. 25. Dan. 5, 44. 2 Macc. 9, 8. ἐνδίγνυνται Rom. 2, 15.

ἐπιδειγνύμενον Epist. Ier. 58. Act. 9, 39. λιγμῷ et λιγμᾶται Amos 9, 9. παρεπιδιγνὺς 2 Macc. 15, 10. ὑποδιγνὺς 3 Macc. 5, 17. Cf. *Maittaire* p. 185. et 223. Sic in Inscript. Roset. lin. 9. et 41. est ἐγ βασιλέως, et lin. 18. ἐγλελειμμένα. E quibus patet, formam γναφεὺς, quae legitur Marc. 9, 3. 4 Reg. 18, 17. et in codice quidem Alexandrino Ies. 7, 3. 36, 2. etiam in charta Borgiana 8, 14. 9, 31. recte damnatam esse a *Thoma Magistro* in v. ἄκναπτον, atque adeo in veterum Atticorum libris vbique pro γναφεὺς, quod non raro irrepsit, κναφεὺς oportere restitui. v. *Maittaire* p. 3.

Γ pro Χ, vt δίδραγμα Nehem. 5, 15. 10, 32.

Θ pro Τ, vt ἐπεπόθησε Deut. 32, 11. Ναζαρὰθ Luc. 1, 26. 2, 4. 39. vbi tamen legi dicitur Ναζαρὰτ', et v. 51. Ναζαράτ. Νεθωφαθίτης pro Νετωφ. 4 Reg. 30, 23. Sic ante spiritum lenem, vt καθ' ἐμαυτὸν 2 Macc. 9, 22. καθ' ὀφθαλμοὺς Ezech. 20, 14.

Κ pro Χ, vt Ἀδραμέλεκ 4 Reg. 17, 31. Ies. 37, 38. Ἀχιμέλεκ 1 Reg. 21, 8. 22, 11. 30, 7. 2 Reg. 11, 22. 1 Paral. 24, 3. ἐκθὲς 1 Reg. 10, 11. 14, 21. 19, 7. 2 Reg. 3, 17. Iob. 30, 3. ἐκθρεῦσαι et ἐκθρὸς Num. 35, 55. Iob. 34, 26. 2 Macc. 10, 26. Cf. *Maittaire* p. 191. οὐκ ante asperum spiritum 4 Reg. 6, 19. Iob. 19, 16. 38, 26. 1 Esr. 4, 2. 12. v. *Maittaire* p. 172.

Π pro Φ, vt ἐπ' υἱοὺς Ps. 145, 3.

Τ pro Θ, vt ἀποστράφητι Num. 23, 16. Ier. 38 (31), 21. ἐντράπητι Sirac. 4, 25. ἐπιστράφητι Ies. 44, 22. Ier. 3, 12. Hos. 14, 2. Amos 1, 3. 13. Μωχατεὶ et Νετωφατεὶ Ier. 47 (40), 8. ὀπιστότονος Deut. 32, 24. item ante spiritum asperum, vt κατ' ἕνα Ies. 27, 12. κατ' ὑπερηφανίας Amos 8, 7. κατύπερθε 3 Macc. 4, 8. μετ' ἵππου 1 Esr. 2, 30. μετ' ὅρκον 2 Macc. 4, 34. ταῦτ' ἡμῖν 2 Macc.

6, 17. Sic fere in codice Turicensi μετὰ ἁμαρτωλῶν Ps. 27, 3.

Φ pro Π, vt in cod. Turic. ἐφῖδεν Ps. 53, 9. 111, 8. ἐφήλπισεν Ps. 51, 9. v. *Maittaire* p. 225. Sic in cod. Alex. ἐτροφοφόρησεν Act. 13, 18. ἔφειδε Act. 4, 29.

Χ pro Γ, vt δράχμα Gen. 37, 7.

Χ pro Κ, vt Σαδὼχ 1 Paral. 29, 22. ὠμόμοχεν Tob. 9, 5. οὐχ ante spiritum lenem 1 Esr. 4, 34. Luc. 17, 22. Galat. 2, 14. et in codice Turicensi Ps. 53, 2. 134, 16.

Neque vero tantum permutando, sed etiam aliis modis Alexandrinus consonantium vsus a reliquorum Graecorum consuetudine fuit diuersissimus. Nonnullae enim adiectae vocabulis reperiuntur ita, vt vel in fine vel ante literas eiusdem organi plane superfluae sint. In aliis vocabulis duplicatae pro simplicibus, in aliis pro duplicibus simplices leguntur. Quaedam denique consonantium non colliquescunt cum sequentibus, aut in eas mutantur, sed retinentur natiuae. Superfluae igitur adiiciuntur.

Γ, vt ἀκγμὴ pro ἀκμὴ 2 Macc. 4, 13.

Κ, vt ἔκχθρα, ἐκχθραίνειν etc. Deut. 2, 12. 28, 48. 1 Macc. 7, 26. 11, 12. Iob. 36, 16. Luc. 6, 35. ἐκχθὲς Ps. 89, 4. Quin etiam ἐκκχθρὸς Ies. 9, 2. Ezech. 36, 2. 39, 23.

Μ, vt Ζορομβάβελ Luc. 3, 27.

Ν, vt συνχνοὺς 2 Macc. 5, 9. Inprimis in fine accusatiuorum singularis numeri, vt αἶγαν Num. 15, 27. ἀκρίδαν Exod. 10, 4. ἄνθρακαν Ezech. 28, 13. ἀσεβῆν Ps. 9, 23. 10, 5. 36, 35. etc. ἀσθενῆν 1 Reg. 2, 10. βασιλέαν 3 Reg. 1, 45. Βηθσαϊδὰν Luc. 9, 10. γραμματέαν 4 Reg. 22, 3. 25, 19. 2 Paral. 34, 1. γυναῖκαν Ruth 4, 12. διπλοΐδαν 1 Reg. 2, 19. ἐλπίδαν Sirac. 13, 6. θώρακαν 1 Reg. 17, 39. ἱερέαν 1 Reg. 22, 11. 2

Paral. 24, 9. 1 Esr. 8, 9. *κοιλάδαν* 2 Reg. 5, 18. *κοιτῶναν* 2 Reg. 13, 10. *μερίδαν* 1 Reg. 30, 24. *μονογενῆν* Ps. 21, 20. 34, 17. Baruch 4, 16. *Νηρέαν* Rom. 16, 15. *νύκταν* Exod. 13, 21. 1 Reg. 14, 34. 19, 11, 24. 2 Reg. 2, 29. Act. 20, 31. *Πτολεμαΐδαν* 1 Macc. 10, 1. *ῥαγάδαν* Ies. 7, 19. *σκνίφαν* Exod. 8, 18. *συγγενῆν* Rom. 16, 11. *Φάραγγαν* Iudit. 13, 10. *Φρέναν* 3 Macc. 5, 3. *χεῖραν* 1 Reg. 21, 8. Ioh. 20, 25. In codice Turicensi semper ponitur N istud ἐφελκυστικὸν, etiam ante consonantem, vt in Inscriptione Rosetana lin. 3. 8. 9. 13. 16—19. 24. 26. 28. etc. Atque eandem literam prorsus necessariam visam fuisse, apparet e Cod. Alex. Act. 10, 15. vbi primo scriptum fuerat ἐκαθέρισε σὺ, sed antiqua manus addidit N, vt legendum sit ἐκαθέρισεν σύ. Sed tamen istud N neglectum est Act. 11, 8. et paucis aliis in locis. Contra *λάρυξ* legitur in codice Alexandrino pro *λάρυγξ* Iob. 6, 30. 12, 11. Ps. 5, 10. Rom. 3, 13. et *σάλπιξ* 1 Cor. 14, 8. Cf. *Maittaire* p. 186. et 406.

Simile est, quod in aliis vocabulis consonantes duplicatae pro simplicibus, in aliis pro duplicibus simplices interdum leguntur. Prioris generis haec sunt: Ἀβεννέζερ 1 Reg. 4, 1. 5, 1. Ἁγγαρηνοὶ Ps. 82, 7. *ἄλιμμα* Iob. 30, 4. *ἁμαρτάννειν* 1 Reg. 2, 25. Ps. 38, 2. vbi tamen prius *ν* erasum est in Codice Alexandrino. Ἀμμοραίου 1 Reg. 7, 14. *ἀναβέννειν* pro *ἀναβαίνειν* Deut. 1, 41. 1 Reg. 1, 3. 3 Reg. 22, 6. 1 Maccab. 5, 48. Ier. 31 (48), 35. Sic Ierem. 29 (47), 2. *ἀναβέννι* pro *ἀναβαίνει*, et Nahum 2, 7. *ἀναίβεννεν* pro *ἀνέβαινεν*. *ἀποκτέννειν* Ies. 66, 3. Habac. 1, 17. Dan. 2, 13. Marc. 12, 5. etc. et in Codice Turicensi Ps. 100, 8. Cf. *Maittaire* p. 126. et 209. *ἀποστελλοῦμεν* 1 Reg. 6, 2. 11, 3. 4 Reg. 5, 5. Marc. 11, 3. *ἀπέχυννε* 3 Reg. 22, 32. *βαλλαντίῳ* Iob. 14, 17. Luc. 10, 4.

12, 33. διαβέννειν Num. 33, 51. 35, 10. Deut. 3, 21. 4, 26. 11, 8. 29. διακατηλλέγχετο Act. 18, 28. διακεχχυμένος 1 Reg. 30, 16. ἐγεννήθη 1 Maccab. 2, 11. 4, 35. Εἰεμενναίου 1 Reg. 9, 4. ἐκχυννόμενον Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. Luc. 11, 50. ἐῤῥύσσω 3 Maccab. 6, 5. ἐχόννευσεν 3 Reg. 7, 15. ἤλλεγξεν Ps. 104, 14. καταβέννειν Ierem. 28 (51), 14. καταγγελώμενοι 4 Maccab. 6, 20. Κόλλουθος in Charta papyracea Borgiana Fragm. XXI, 8. Cf. *Schow*. p. 108. qui habet plura ex aliorum scriptorum codicibus exempla. Λοῦππος ap. *Euseb*. hist. eccl. 4, 2. et in Charta Borgiana VI, 11. Πέννις in eadem Charta IV, 7. XIII, 14. προσγεγεννημένων Lev. 20, 2. προσσάββατον Marc. 15, 42. πρόσσκομμα et προσσκόπτειν Sirac. 30, 13. 34 (31), 7. 17. 30. 39, 24. ῥάκκους Marc. 2, 21. στεμφύλλων Num. 6, 4. σύνκριμμα Sirac. 35 (32), 5. ὑπερβέννειν 1 Reg. 5, 5. ὑπερεκχυννόμενον Luc. 6, 38. φθάννειν Eccles. 8, 14. Sapient. 16, 28. χείμαῤῥος et χείμεῤῥα pro χίμαρος et χίμαιρα. Prius habet etiam Codex Turicensis Ps. 49, 9. Sic saepe imperfectum pro aoristo, vt ἀνέθαλλεν Ps. 27, 7. περιέβαλλον 2 Paral. 28, 15. 1 Macc. 3, 47. παρενέβαλλον 1 Macc. 9, 3. συνέβαλλον 1 Macc. 4, 34.

Sed simplices pro duplicibus adhibitae reperiuntur in his: ἀέναος Iob. 19, 25. Ἀμμοραίου pro Ἀμοῤῥαίου 1 Reg. 7, 14. ἀναγγέλουσι 2 Reg. 17, 17. ἀπαγέλοντι 2 Reg. 1, 13. ἀπαγγέλει et ἀπαγγέλουσιν 1 Reg. 11, 9. 19, 18. ἀπόριμμε pro ἀπέῤῥιμμαι Ps. 30, 22. ἀπέριψας et ἀπορίψει Iob. 27, 22. 30, 32. ἄριζος Iob. 31, 8. γενηθέντες 4 Maccab. 11, 15. γενήματα 4 Reg. 8, 6. Ies. 29, 1. 30, 23. 32, 12. 65, 21. Ierem. 2, 3. 7, 20. 8, 13. Thren. 4, 9. Ezech. 36, 30. 48, 18. Zachar. 8, 12. 1 Maccab. 1, 40. 3, 4. 11, 34. 14, 8. Matth. 26, 29. Marc. 14, 25. διέρηξεν in Codice Turicensi Ps. 104, 41. δυσεβὴς 2 Macc. 3, 11.

ἐγενήθην Gen. 24, 7. ἐκβάλετε Matth. 25, 30. ἐννοσεύουσα Ierem. 22, 23. ἐξεκλησιάσθη Ios. 18, 1. Iud. 20, 1. Ierem. 33 (26), 9. ἐπίριψον in codice Turicensi Ps. 54, 23. ἐράπιζεν 1 Esr. 4, 30. ἐράπισαν Matth. 26, 67. ἐριμμένον 3 Reg. 13, 25. Tob. 1, 20. ἔριψεν Exod. 7, 10. ἐρύησαν in codice Turicensi Ps. 77, 20. ἐρύσατο, ἐρύσθη, ἐρύσθημεν, ἐρύσω Ps. 17, 1. 106, 6. 123, 7. et in codice Turicensi Ps. 53, 9. 55, 14. ἐφαλόμενος Act. 19, 16. θρύλημα et θρυληθείην Iob. 17, 6. 30, 9. 31, 30. καταπτήσει Prov. 30, 30. κατέραξας in codice Turicensi Ps. 101, 11. κροσοὺς et κροσωτὰ Exod. 28, 14. 22. 23. Ps. 44, 14. Μασηφὰτ 1 Reg. 7, 5. sqq. μεγαλορήμονα Ps. 11, 4. μεταλευομένη Sapient. 16, 25. νοσιὰν in codice Turicensi Ps. 83, 4. παραγέλματος 1 Reg. 22, 14. παρεμβάλει, παρεμβάλουσιν, παρεμβάλοντες Num. 2, 29. 1 Reg. 4, 1. 11, 1. 17, 2. 1 Maccab. 3, 42. περιρανιεῖ Lev. 14, 7. περιρήξαντες Act. 16, 22. πολυρῆμον Iob. 8, 2. προκατεσκιρωμένης 3 Maccab. 4, 1. πρωτογενήματα Nehem. 10, 35. Ezech. 44, 30. 48, 14. 1 Maccab. 3, 49. πυροὶ Zachar. 6, 2. συγνοὺς 2 Maccab. 14, 31. συγνώμην Sirac. 3, 13. συγνωμονήσει 4 Maccab. 5, 13. σύγνωστος Sapient. 6, 7. 13, 8. σύστρεμα 2 Esr. 8, 3. ὑπέραψεν Sirac. 50, 1. ὑσώπου 3 Reg. 4, 13. ψελίῳ Iob. 40, 21. vbi saltem ψαλίῳ esse debebat, cum significetur *frenum lupatum*. v. *Fischer*. ad *Weller*. Spec. I. p. 152. sq.

Nonnunquam consonantes non colliquescunt aut abiiciuntur, sed retinentur natiuae,

M, vt ἀνελήμφθη Marc. 16, 19. ἀναλήμψεως Luc. 9, 51. ἀναλημφθεὶς Act. 1, 11. ἀντιλήμπτωρ Ps. 17, 3. 3, 4. 41, 10. 45, 8. 12. et in Codice Turicensi Ps. 45, 8. 53, 6. etc. ἀντιλήμψεως Ps. 21, 1. 20. ἀντιλήμψομαι et καταλήμψομαι Ps. 3, 6. Mich. 6, 6. ἐπίλημπτος 1 Reg.

21, 14. etc. ἐλήμφθη 1 Reg. 4, 11. 17. 19. 22. etc. λαμψάντων Iud. 7, 6. λήμψομαι Lev. 14, 16. 49. 1 Reg. 2, 16. 6, 8. etc. Amos 4, 2. 6, 10. Mich. 1, 11. Ps. 23, 5. 48, 18. Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. Ioh. 5, 43. etc. παραλήμψομαι Ioh. 14, 3. etc. συνελήμφθη Ps. 9, 16. 17. et in codice Turicensi Ps. 50, 7. 58, 13. συνλημφθήσεται Eccles. 7, 27. λημφθήσεται Mich. 2, 4. παραλημφθήσεται Luc. 17, 34. 35. προσωπολήμπτης Act. 10, 34. προσωπολημψία Rom. 2, 10. πρόσλημψις Rom. 11, 15. Similia sunt in Iouum libris. v. *Maittaire* p. 155.

N, vt ἀπεκτάνκασιν 2 Reg. 4, 11. ἐνγαστριμύθους Ies. 19, 3. ἐνγίζειν et ἐνγὺς Deut. 32, 35. 1 Reg. 17, 41. Ies. 26, 17. 38, 12. Habac. 3, 2. ἐνγελάσεται Ps. 2, 4. ἐνγράφειν 2 Paral. 34, 31. Ierem. 28 (51), 60. ἐνκαινίσαι Ps. 29, 1. 1 Maccab. 4, 36. ἐνκακεῖν Luc. 18, 1. ἔνκαρπον Ierem. 38 (31), 12. ἐνκατάλειμμα Ierem. 11, 23. ἐνκαταλείπειν 4 Reg. 4, 30, 8, 6. 2 Paral. 15, 10. Ierem. 12, 7. Iudit. 7, 24. 1 Maccab. 1, 43. 53. Marc. 15, 34. et in codice Turicensi Ps. 9, 35. 15, 10. 36, 10. 37, 11. ἐνκάτοις et ἐνκαυχᾶ in eodem codice Ps. 50, 12. 51, 3. ἐνκεντρισθῶ Rom. 11, 19. 23. ἐνκοιλοτέρα Lev. 13, 30. ἐνκόλαπτα et ἐνκεκολαμμένα 3 Reg. 6, 29. 32. ἐνκολληθήσεται Zachar. 14, 5. ἐνκότημα Ierem. 31 (48), 39. ἐνκρυφίας Num. 11, 8. ἐνκτήματα et ἐνκτήτου Lev. 14, 34. Num. 31, 9. ἐνκύῳ Luc. 2, 5. ἐνμείνατε 1 Maccab. 10, 27. ἐνπέγματα et ἐνπεγμοὺς Ps. 37, 8. Ies. 66, 4. 3 Maccab. 5, 14. ἐνπεχθήσεται Luc. 18, 32. ἐνπαῤῥησιάσῃ Iob. 22, 26. ἐνπίπλαται Eccles. 4, 8. ἐνπνεῖν et ἔνπνουν Deut. 20, 16. Ios. 10, 28. 11, 11. 14. etc. 2 Maccab. 7, 5. ἐνπολήσομεν Amos 8, 5. ἐνπρήσουσιν Ezech. 23, 25. ἔνπροσθεν Eccles. 2, 9. 1 Maccab. 3, 30. ἐνπυρίζειν Ierem. 50 (43), 12. Ezech. 23, 47. Ps. 9,

23. 1 Maccab. 4, 20. 11, 4. ἐνΦραγμῷ et ἐνπεΦραγμένοι Dan. 12, 9. Mich. 4, 14. (5, 1.) ἐνχειρήματος Ierem. 23, 20. 58 (30), 24. ἐνχειρίδιον Ierem. 27 (50), 42. Ezech. 21, 4. ἐνχρίσῃ Ierem. 4, 30. ἐνχώριον Gen. 34, 1. Κενχρεαῖς Act. 18, 18. πανκρατῆ 2 Maccab. 3, 22. Etiam in *Hesychii* libris πανκρατὴς scribitur. πανμιγῆ 2 Macc. 3, 21. πανπληθεὶ Luc. 23, 18. πανΦύλων 2 Maccab. 8, 9. παρενβεβληκὼς 1 Reg. 24, 5. παρενβολῆς 1 Reg. 17, 46. σβενσθέντος Sapient. 2, 3. συνβοηθοὶ 3 Reg. 20, 16. συνγραΦὴν Tob. 7, 16. συνζήσομεν Rom. 6, 8. συνζητεῖν Marc. 1, 27. 8, 11. 9, 10. 13. 14. 16. etc. συνζυγεῖς 3 Maccab. 4, 8. συνκαθήμενος Marc. 14, 54. Act. 26, 30. συνκαλεσάμενος Ierem. 1, 15. 2 Maccab. 15, 31. Marc. 15, 16. Luc. 15, 9. συνκάλυμμα Deut. 27, 20. συνκαταβήσεται Ps. 48, 18. συνκαταμιγῆτε Ios. 23, 12. συνκαταΦερομένη Ies. 30, 30. συνκατεψηΦίσθη Act. 1, 26. σύνκεισθε 1 Reg. 22, 8. σύνκλασον 1 Maccab. 4, 31. συνκλείσεις et συνκλείσματα et συνκλεισμὸς 4 Reg. 16, 17. Ps. 54, 3. Ezech. 4, 37. συνκόψαι Iudit. 5, 26. συνκριθῶμεν 1 Maccab. 10, 71. συνμαθηταῖς Ioh. 11, 16. συνμίσγειν 1 Maccab. 11, 22. σύνπασα Ps. 38, 6. Nahum. 1, 5. συνπάτει Nahum. 3, 14. συνπέπτωκα 1 Maccab. 6, 10. συνπεριλαβὼν Act. 20, 10. συνπνείγουσιν Marc. 4, 19. Luc. 8, 13. συνποιῶσιν 1 Esr. 6, 28. συνπορευομένοις Tob. 1, 3. συνπροπέμψαι Gen. 12, 20. 18, 16. συνσείσω Hagg. 2, 8. et in codice Turicensi Ps. 28, 8. συνσεισμὸς 4 Reg. 2, 1. 11. 1 Paral. 14, 15. Ierem. 23, 19. Nahum. 1, 3. σύνσημον Ies. 49, 22. συνστασιαστῶν Marc. 15, 7. συνσταυρωθέντες Matth. 27, 44. Ioh. 19, 32. συνσχῶ 2 Paral. 7, 13. συνΦρυγῆ et συνΦρυγήσονται Ezech. 24, 10. 11. συνχάρητε Luc. 15, 9. συνχρῶνται Ioh. 4, 9. et multa alia talia. v. *Maittaire* p. 224.

Contra haec litera N colliquescit cum sequentibus, vbi alias et ex antiqua orthographia id fieri non solet, vt ἐγγαστρὶ Gen. 25, 21. 38, 18. 24. 25. Iob. 21, 10. Ies. 8, 3. 26, 18. 40, 11. Hos. 14, 1. Marc. 13, 17. Luc. 21, 23. ΕΓΚΑΝΑ pro ἐν Κανᾶ Ioh. 2, 11. ΕΓΚΕΝΧΡΕΑΙΣ pro ἐν Κεγχρεαῖς Rom. 16, 1. ἐμμέσῳ Gen. 3, 3. 8. 1 Reg. 4, 3. 10, 10. 11. etc. Ps. 21, 14. 22. 22, 4. 39, 8. 100, 2. 115, 10. Amos 3, 9. 7, 10. Mich. 5, 7. 8. Marc. 6, 47. 9, 36. etc. in codice Turicensi Ps. 39, 9. 45, 6. 47, 10. etc. σὺμ Μαριὰμ Luc. 2, 5. *Breitingerus* in epistola de MS. Turicensi p. 29. confert ἀμμέσον pro ἀνὰ μέσον apud *Hesiod.* ἀσπ. 209. σύμπαντα et σύμπασας pro σὺν πάντα et σὺν πάσας, i. e. τὰ πάντα et τὰς πάσας, Eccles. 1, 14. 3, 11. 4, 1. Haud dubie hoc quoque e dialecto Dorica fluxit. Certe in antiqua inscriptione Dorica [16]) legitur σὺμ πατρὶ κεχαρμένος. Sic in Marmm. Oxonn. I. lin. 2. ἐμ Πάρῳ. l. 19. ἐγ Κυβέλοις. l. 34. ἃς ἂμ Μίνως ἀξιώσειε. l. 62. ἐμ Μαραθῶνι. etc.

Ex hac tanta exemplorum multitudine quid iam tandem colligendum sit, obscurum esse non potest. Mihi saltem videtur illa satis luculenter ostendere, non in omnibus, sed in multis vocabulis discessisse Alexandrinos a reliquorum Graecorum pronunciandi et scribendi ratione. Quod vero interdum codicum scripturam consentire cum vulgari videmus, ex eo putamus verisimiliter posse colligi, librarium, quippe qui multos iam alios libros descripsisset, adsuefactum sensim fuisse antiquae et genuinae Graecorum scribendi rationi, ita vt nonnunquam se opus Alexandrina dialecto conscriptum describere oblitus, ratione vteretur

16) apud *Tollium* in fortuitis (Amst. 1687. 8.) p. 307. Cf. *Maittaire* p. 223. 224.

magis vsitata. Possunt etiam codices V. T. manu scripti subinde in nonnullis correcti fuisse [17]). Codices, inquam. Neque enim solus Alexandrinus a vulgari scribendi modo discedit, sed praeter codicem psalmorum Turicensem etiam Colbertinus, quem *Montfaucon* vetustissimum omnium esse iudicat [18]), item Vaticanus, Cottonianus, Rodulfianus olim, nunc Parisiensis [19]), codex tredecim epistolarum Pauli, olim Boernerianus, nunc bibliothecae regiae Dresdensis [20]), codex Theodori Bezae Cantabrigiensis, euangelia et apostolorum acta complectens [21]), et editio Romana siue Sixtina [22]).

Cum vero etiam terminatione et flexione differant nomina dialecti Alexandrinae, nonnulla de hac diuersitate dicenda sunt. Scilicet masculina multa, saepe illa ex aliis contracta, desinunt in ᾶς, vt παξαμᾶς, *panis bis coctus. Palladius* in historia Lausiaca c. 29. in vita Pauli p. 72. ed. *Meurs.* Lugd. Bat. 1616. 4. (Vol. VIII. operum *Meursii* p. 432.) Φέρει ἄρτους ὁ Ἀντώνιος, καὶ ἐπιτίθησι τῇ τραπέζῃ παξαμάτας τέσσαρας, ἔχοντας ὡς ἀπὸ ἓξ οὐγκίων, καὶ ἑαυτῷ μὲν ἔβρεξεν ἕνα (ξηροὶ γὰρ ἦσαν) ἐκείνῳ δὲ τρεῖς. — Φαγὼν οὖν ὁ μέγας Ἀντώνιος τὸν παξαμᾶν τὸν ἕνα, ἄλλον οὐχ ἥψατο· ὁ δὲ γέρων, σχολαιότερον ἐσθίων, ἔτι εἶχεν τοῦ παξαμιδίου, οὗ ἤρξατο. ἐξεδέ-

17) v. *Breitinger.* prolegom. ad T. I. C. 1. §. 8.

18) v. *Breitinger.* epist. ad Quirinum saepe laudata p. 25.

19) Ita quidem dicit *Breitingerus* l. l. qui etiam regium vocat hunc codicem.

20) quem summa fide et diligentia transscripsit et edidit *Chr. Fr. Matthaei,* Misenae 1791. 4.

21) a *Thoma Kiplingio* editus Cantabrig. 1793. fol. De qua editione v. *Krohn.* in catalogo bibliothecae suae, Hamb. 1793. 8. p. XII. sqq.

22) v. *Breitinger.* prolegom. ad T. I. plag. l. fol. 3. et ad T. IV. fol. penult.

ξατο οὖν ὁ Ἀντώνιος ἕως οὗ τελέσῃ, καὶ λέγει αὐτῷ· Φάγε, παπία, καὶ ἄλλον παξαμᾶν. *Suidas*, quem *Phauorinus* quoque sequitur, bene interpretatur verbis ὁ δίπυρος ἄρτος, sed minus recte haec addit: ἔστι δὲ ἡ λέξις Ῥωμαϊκή. Multa alia huius nominis et cognatorum exempla habet *du Fresne* in Glossario mediae et infimae Graecitatis. Maxime reperitur haec terminatio in nominibus virorum propriis. v. *Bentleii* opuscc. philolog. p. 521. sq. ed. Lips. et quae ipse exposui in prolusione tertia de nominibus Graecorum (Gerae 1801. 4.) p. 10. vt Ἀλεξᾶς pro Ἀλέξανδρος, ap. *Epiphan.* de ponderibus §. 12. Ἀμμωνᾶς in Charta Borgiana 6, 24. Ἁρπακρᾶς pro Ἁρποκράτης, ibid. 3, 9. 4, 24. Βαϋθλᾶς ibid. 8, 31. Γρηγορᾶς. Διογᾶς pro Διογένης, in Charta Borgiana 11, 13. Ζηϊλᾶς pro Ζώϊλος, ibid. 9, 3. Λεοντᾶς pro Λεόντιος ibid. 5, 27. Μιϊπᾶς vel Μισπᾶς ibid. 11, 19. Παρμενᾶς Act. 6, 5. et ap. *Epiphan.* haeres. 25. Πεσουᾶς in Charta Borgiana 11, 28. Πρωτᾶς ibid. 2, 21. 4, 13. 9, 1. et saepissime. Σακκᾶς. Ita cognominabatur Ammonius Alexandrinus, quia, priusquam ad philosophiam accederet, fuerat saccarius, σακκοφόρος. v. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. IV. p. 159. (Vol. V. p. 701. ed. *Harles.*) Σιλουρᾶς, in Charta Borgiana 8, 13. Σουχᾶς pro Σουχάμμων, ibid. 11, 5. Χαρωνᾶς ibid. 4, 29. Γοννατᾶς *Polyb.* 2, 43. Ad hunc eundem modum in libris N. T. leguntur Θωμᾶς et Σατανᾶς, item Ἀντιπᾶς pro Ἀντίπατρος, Ἀπελλᾶς pro Ἀπολλόδωρος, Ἀρτεμᾶς pro Ἀρτεμίδωρος, Δημᾶς pro Δημήτριος, Ἐπαφρᾶς pro Ἐπαφρόδιτος, Θευδᾶς pro Θεόδωρος, Κλεοπᾶς pro Κλεόπατρος, Λουκᾶς pro Λουκίλλιος. v. *Grot.* ad inscriptionem euangelii Lucae, qui etiam memorat Μηνᾶς pro Μηνόδωρος, et Ῥουφᾶς pro *Rufinus.* Migrauit haec terminatio interdum per librarios serioris aetatis in libros scriptorum veterum,

vt *Xenoph.* Anab. 5, 6, 6. Σαμολᾶν, cum 6, 5, 7. sit Σαμόλας.

Secundus talium nominum casus terminatur in ᾶ, vt Αἰλουρᾶ in Charta Borgiana 6, 26. Ἁρπακρᾶ ibid. 4, 24. Εὐπορᾶ ibid. 5, 27. Μαλανᾶ ibid. 4, 14. (Genitiuus Μάλανος 6, 4. est a Μάλας.) Πακιᾶ ibid. 7, 24. Πομβᾶ ibid. 11, 29. Πρωτᾶ ibid. 2, 21. 4, 17. 7, 9. 9, 3. etc. Γοννατᾶ *Polyb.* 2, 41. παξαμᾶ in *Nicephori* presbyteri vita D. Andreae Sali. v. *Schow.* p. 51. vbi etiam ostendit, formam primi casus pluralis esse παξαμάδες et παξαμάτες. Sic Ἐρωτήματα τοῦ Χρυσολωρᾶ satis nota sunt. Etiam 2 Corinth. 11, 32. legendum putem Ἀρετᾶ pro Ἀρέτα. Debetur autem haec forma Doriensibus. v. *Maittaire* p. 237.

Nominum in εῖς desinentium, qualia sunt Ἀνισαεῖς in Charta Borgiana 8, 9. Ἡρακλεῖς ibid. 11, 29. Θιλακλεῖς ibid. 11, 19. 24. genitiui finiuntur εῖτος, vt Ἀνισαεῖτος ibid. 8, 32. Cf. 5, 30.

Nomina, quae terminantur in ῆς, vt Ἀννῆς in Charta Borgiana 1, 16. 24. 6, 16. 10, 28. 12, 27. Βελλῆς ibid. 7, 26. Ἰσαλῆς ibid. 6, 21. Καλαῆς ibid. 10, 11. Κοπρῆς ibid. 5, 8. Παυειτῆς ibid. 1, 9. 3, 7. 18, 23. flectuntur vel in ῆτος, vt Ἀννῆτος, ibid. 4, 26. Βελλῆτος ibid. fragm. 4, 3. Ἰσαλῆτος ibid. 6, 22. Παυειτῆτος ibid. 12, 31. vel in ῇ, vt Ἑρμῇ ibid. 7, 7. Ἰσαλῇ ibid. 4, 33. 34. Μωϋσῇ Exod. 6, 9. 34, 29. 35. etc. Sic τὸ τοῦ Γαζῆ περὶ συντάξεως. vel in ᾶ, vt Εὐτυχᾶ in Charta Borgiana 6, 29. Ἡρακλειδᾶ ibid. 3, 11.

Nomina in ις desinentia, vt Ἄμασις in Charta Borgiana 3, 15. Ἡβέλαρις ibid. 8, 32. Κατάσις ibid. 12, 23. Μίυσις ibid. 13, 14. Πακήκκις ibid. 12, 24. Πάκνις vel Πέκνις ibid. 13, 19. Παμοῦτις ibid. 12, 7. Πάσις ibid. 12, 34. 13, 31. Πένις s. Πέννις ibid. 12, 1. 13, 14. Πτολεμάϊς ibid. 5,

6. 13, 27. flectuntur vel in εως, vt Θαναπνάχεως ibid. 1, 5. 14. Μαραψήμεως vel Μαρεψήμεως ibid. 6, 27. Πουήσεως ibid. 2, 1. Ταρμιύσεως ibid. 10, 33. Ταόρσεως ibid. 7, 9. vel in ι, vt Πάσι ibid. 12, 34. Πέννι ibid. 4, 7. vel in ιος, vt Δημήτριος ibid. 4, 54. Εἰρηναΐος ibid. 10, 9. Ἡράϊος ibid. 10, 31. Μιύσιος ibid. 11, 7. Ὀρσανοῦφιος ibid. 11, extr. Πτολεμάϊος ibid. 12, 18. Ταορσανοῦφιος ibid. 2, 26. vel in ιτος, vt Ὄρσιτος ibid. 4, 9. Πάσιτος ibid. 5, 16. 12, 31. Ῥώσιτος ibid. 12, 5. Τάσιτος ibid. 12, 6.

Nomina in ιτ, υθ, υτ desinentia, vt Πελάϋθ in Charta Borgiana 3, extr. genitiuum faciunt adiecta syllaba ος, vt Κελλάϋτος ibid. 11, 4. Κολλάϋθος ibid. 10, 26. 11, 18. Πατάρυτος ibid. 12, 28. Ταέϋτος ibid. 4, 2. 10, 10. Τεφορσάϊτος ibid. 2, 5. 10, 14. 11, 30. etc.

Nomina in οῦς exeuntia, vt Εὐροσποῦς in charta Borgiana 9, 14. Εὐσταθοῦς in *Labbei* collectione conciliorum Tom. II. p. 1582. Ἰοῦς in charta Borgiana 11, 8. Καλποῦς ibid. 7, 23. Μαρθοῦς ap. *Epiphan.* T. I. p. 41. Μεττοοῦς in Charta Borgiana 10, 29. Τουοῦς ibid. 11, 52. genitivum faciunt οῦτος, vt Ἀπολλωνοῦτος ibid. 3, 24. Ἡρακλοῦτος ibid. 2, 3. 4, 28. 6, 10. 13. Θεοδοῦτος ibid. 11, 1. 12, 13. Κρονοῦτος ibid. 5, 7. 10, 5. Νεμεσοῦτος ibid. 4, 22. Πτολλαροῦτος ibid. 7, 4. Σαραπιοῦτος ibid. 3, 31. 9, 28.

Nomina, quae terminantur in ῶς, flectuntur vel in ῶτος, vt Θαεισῶτος in Charta Borgiana 3, 18. vel in ῶ, vt Εὐροσπῶ ibid. 13, 10. Ταφορσῶ s. Τεφορσῶ ibid. 9, 4. 12, 25. Παμβῶ in *Palladii* historia Lausiaca plus semel. Sic Ierem. 26 (46), 25. pro Ἀμμὼν scribendum est Ἀμμῶν, et 1 Corinth. 1, 12. pro Ἀπολλὼ reponendum Ἀπολλῶ. Interdum adiicitur syllaba ις, quae est

Graeco-Aegyptia terminatio, vt Παβῶϊς in Charta Borgiana 11, 18.

Possem iam multo plura afferre de nominum in Graeco-Aegyptiorum dialecto proprietatibus, de quibus passim disseruit *Schowius*, v. c. quod nominibus praefigitur articuli loco syllaba vel litera aliqua (v. *Schow.* p. 88. sqq.), vt ϑ s. ϑα s. ϑαν (v. p. 45.), vel π s. πα (v. p. 46. 51. 55. 57. sq. 60. 65. 73. 76.), vel τα s. ταν s. τε (v. p. 55. 58. 60. 63.), vel φ s. φα (v. p. 59. sq.), vnde φαραῶ, i. e. ὁ τοῦ βασιλέως, np. υἱὸς vel διάδοχος, item quod multa nomina incipiunt a syllaba του (v. p. 57. et 63.), quod duo nomina vnius hominis iunguntur (v. p. 57.), quod virilia nomina reperiuntur mulieribus data (v. p. 74.). Sed de his exponere hic nolui, quia minus spectant ad versionem V. T. Alexandrinam, aut libros N. T. quorum tamen inprimis rationem habere animus fuit. Qui cognoscere ea voluerit, legat locos in *Schowii* libro, diligenter a me indicatos.

§. 11.

Iam etsi ex iis, quae §§ superioribus disputata sunt, intelligi facile videtur posse a quoque, non solum extitisse aliquando peculiarem aliquam dialectum Alexandrinam, verum etiam et ex hac, et ex illa quam omnino Aegyptiis Graece loquentibus tribuisse reperiuntur veteres, multa fluxisse in versionem librorum V. T. Graecam; etsi item, cum supra §. 5. dialecti cuiuslibet naturam ac proprietatem dixerim maxime positam esse in verbis singulis, et σχήματα illa λόγου, propter ipsorum raritatem, vix posse dici dialectum a dialecto distinguere, recensendis potissimum verbis singulis demonstrare conatus sum Alexandrinae dialecti a reliquis omnibus differentiam; etsi denique hoc ita

fecisse mihi videor, vt neminem facile extiturum putem, qui me accuset temeritatis cuiusdam aut leuitatis: non tamen dubito, quin omni culpa me liberandum existimaturi sint viri eruditi, cum viderint etiam insolentioris verborum structurae me pauca quaedam afferre exempla, quae cum sola et per se nullam admodum hoc in genere ad demonstrandum habeant vim, magis certe confirment rem iam alias certam. Et primo quidem huc referenda videtur consuetudo verbum ἔρχεσθαι et similia componendi cum infinitiuo, pro quo reliqui Graeci, inprimis Attici, fere semper vsi potius esse reperiuntur participio futuri [1]). Alexandrinam autem maxime putandam esse illam structuram, colligi, opinor, recte potest e *Ptolemaei Euergetis* monumento Adulitano [2]), quod alia etiam praebet Alexandrinae verborum structurae exempla, vt, quod eiusmodi verba iunguntur accusatiuo, quae alias datiuum vel genitiuum sibi iunctum habere vel cum praepositionibus constructa esse leguntur [3]). E Bor-

1) Sic Gen. 42, 5. ἦλθον ἀγοράζειν, pro ἀγοράσοντες. Ruth. 3, 7. ἦλθε κοιμηθῆναι. Nehem. 8, 14. ἀπῆλθε φαγεῖν καὶ πιεῖν. 2 Paral. 26, 15. εἰσῆλθεν θυμιάσαι. Gen. 50, 7. ἀνέβη θάψαι. (Ios. 10, 33. est ἀνέβη βοηθήσων, sed in cod. Oxon. et ed. Complut. βοηθῆσαι.) Gen. 11, 5. κατέβη ἰδεῖν. Exod. 2, 5. κατέβη λούσασθαι. Gen. 31, 19. ᾤχετο κεῖραι, etc.

2) in *Chishulli* antiquitt. Asiatt. p. 78. κατῆλθον εἰς τὴν Ἀδούλην — θυσιάσαι.

3) Talia sunt 1) πολεμεῖν, *debellare*, vel *bello petere*. Cf. *Ammon*. p. 47. et *Valckenarii* ad eum animaduerss. p. 72. sq. Num. 21, 26. οὗτος ἐπολέμησε βασιλέα. Ies. 36, 10. ἀνέβημεν ἐπὶ τὴν χώραν ταύτην πολεμῆσαι αὐτήν. Ier. 48, 12. ᾤχοντο πολεμεῖν αὐτόν. Iud. 11, 25. ἐπολέμησεν αὐτόν, vbi codd. Alex. et Oxon. habent αὐτοῖς, etc. *Ptolemaeus* ap. *Chishull*. l. l. p. 77. 78. ἔθνη ἐπολέμησα, χώρας ἐπολέμησα. Boni scriptores sic vti solent verbo composito καταπολεμεῖν. 2) De formula εὐχαριστίαν ἔχειν τινὰ pro τινί, supra dictum est not. 3. ad §. 7. 3) ἐξέρχεσθαι. Gen. 44, 4. ἐξελθόντων αὐτῶν τὴν πόλιν. Exod. 9, 29. ὡς ἂν ἐξέλθω τὴν πόλιν. 12, 22. οὐκ ἐξελεύσεσθε τὴν

giana quidem charta referri huc potest, quod statim ab initio legitur: *τῶν ἀπεργασαμένων εἰς τὰ χωματικὰ ἔργα.* Non reprehendo verbum *ἀπεργάζεσθαι* nomini *ἔργα* iunctum. Nam ipse *Plato* in Timaeo T. III. p. 30. B. ed. Steph. non dubitauit ita loqui: *ἔργον ἀπειργασμένος.* Sed insolens est, quod illud verbum iunctam sibi habet praepositionem *εἰς*, cum Graeci ei addant solum accusatiuum, vt *Plato* in laudato dialogo p. 28. A. *ὅπου ἂν ὁ δημιουργὸς — τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀπεργάζηται.* p. 40. A. *τοῦ θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπειργάζετο*, etc. Videatur quidem hic idem *Plato* p. 39. E. eodem modo verba struxisse, quo in charta Borgiana structa vidimus. Dicit enim ita: *τὰ ἄλλα εἴδη μέχρι χρόνου γενέσεως ἀπείργαστο εἰς ὁμοιότητα ᾧπερ ἀπεικάζετο.* Sed locus non est similis. Nam apud Platonem verba *εἰς ὁμοιότητα* non indicant id, quod factum est, sed modum, quo factum sit. Ita etiam *Cicero* videtur intellexisse, vertens (de vniuerso 10. Vol. IV. p. 1114. ed. *Ernest.*): *caetera vsque ad temporis ortum impressa ab illis, quae imitabatur, effinxerat.* In aliis locis *Plato* sic vtitur praepositione

θύραν, etc. 4) Huc etiam referendum puto *κληρονομεῖν*, quod vetat *Phryn.* p. 52. iungi accusatiuo. Nec male, opinor. Nam etsi boni quoque scriptores interdum casum istum huic verbo addidisse reperiuntur, (v. interpp. ad *Thom.* p. 537.) etsi item *Suidas* vtroque modo dici solere ostendit: potior tamen videtur *Thomae* l. l. ratio, qui vsitatius docet iungi cum genitiuo. Rara enim sunt verbi huius accusatiuo iuncti, in antiquis scriptoribus exempla, cum alterius modi exemplorum magna sit copia, (v. *Heupel.* ad Marc. 10, 17) et duo locos *ἀδεσπότους*, quos *Suidas* attulit: *μέχρι τίνος κληρονομήσεται τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου*, et: *οὐκ ἔφθη κληρονομῆσαι τὸν οὐρανὸν*, *Nunnesius* iam (ad *Phryn.* l. l.) sentiebat Alexandrini potius scriptoris esse, quam Attici. Certe in recentioribus, maxime Aegyptiis, scriptoribus semper, ni fallor, constructio cum accusatiuo reperitur. vid. praeter versionem Alexandrinam, *Ptolemaei* tetrabiblos p. 191. *Clem. Alex.* paedag. 3, 7. p. 255. D. p. 237. B. 3, 11. p. 253. B.

πρὸς, vt p. 28. C. πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο. et p. 37. C. ἔτι μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. Itaque εἰς et πρὸς, vt Latinum *ad*, indicant comparationem et similitudinem, et ἀπεργάζεσθαι est *facere*, *efficere*, *effingere*. Sed in charta Borgiana εἰς redundat, nisi εἰς τὰ ἔργα interpretari velis ἐν τοῖς ἔργοις, quam rationem *Schowius* in versione secutus est, vel ἀπεργάζεσθαι accipere pro ἐργάζεσθαι, et ita vertere: *qui opus fecerunt, laborarunt, ad aggeres exstruendos*. Poteram etiam alia talia afferre, sed quia et verendum erat, ne nimis libellus accresceret, et facile praeuidebam, non omnes eadem mecum esse sensuros, putabam ea esse omittenda. 4)

§. 12.

Progredior potius ad vltimam disputationis partem, quam in eo versaturam esse dixi (§. 9.), vt ex iis nonnulla proponat, quae simpliciter, nulla dialecti Macedonicae aut Alexandrinae mentione facta, reiecisse legantur grammatici, quae vero ad eam videantur recte referri. Qua quidem in re ne nimis audax quibusdam planeque temerarius videar, liceat vel vnum aduerbii καθὼς exemplum, de quo supra §. 9. dictum est, in memoriam reuocare *). Ponamus enim, periisse *Moschopuli* libellum, vel non editum aut alio modo cognitum fuisse: num propterea temeritatis vel ignorantiae statim accusemus reliquos,

4) Vnum tamen addidi ex Inscript. Roset. lin. 13. 14. τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς ἀπηγμένους, *in vincula coniectos*. Gen. 39, 22. simpliciter est τοὺς ἀπηγμένους, et 42, 16. ἀπάχθητε.

*) Sunt autem plura, qualia vel ex hoc nostro libello colligere quis possit. vid. v. c. §. 8. in v. κοράσιον, §. 10. in v. κοσύμβη et σχοῖνος, et mox vocabulum ἄβρα.

qui simpliciter illud reiecerint, grammaticos? Itaque hanc mihi legem scripsi, vt si qua verba, seu grammatici veteres ea improbent, seu omnino non memorent, vnice vel saltem saepissime in recentiorum, inprimis Aegyptiorum, scriptorum libris legantur, nunquam vero vel rarissime in antiquioribus et Atticis, ea sine vlla dubitatione tribuam dialecto Alexandrinae s. Macedonicae. Quam legem ne abrogare quis audeat, nullo modo veremur. Certe nec hoc in genere sine argumentis idoneis me affirmaturum quicquam esse spondeo, quippe melius intelligens, quanta hic opus sit cautione **), quam vt me omnes errores cauere posse mihi persuadeam.

ἄβρα, h. e. ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα, οἰκότριψ καὶ ἔντιμος, quibus verbis a *Pausania* et *Aelio Dionysio* apud *Eustath.* ad Odyss. τ, p. 1854, 15. ita vt appareat, non servam s. ancillam significari, sed eam, quae Gallice dicitur *fille de chambre* vel *fille d'honneur*, ab *Eustathio* ita memoratur, vt hoc nomen simpliciter aiat sic dici ἐθνικῶς. Ego vero illud Macedonibus inprimis et Alexandrinis vsitatum fuisse statuo, quia non nisi tales, vel certe recentioris aetatis, scriptores eo vsos esse vidi. E quo genere praeter interpretes Alexandrinos Gen. 24, 61. Exod. 2, 5. Esth. 2, 9. 4, 4. 16. sunt *Menander* apud *Eustath.* l. l. *Machon* ap. *Athen.* 8, p. 349. F. *Ezechielus*, poeta tragicus Iudaeus, ap. *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 344. D. *Iamblichus* ap.

**) Quam in rem liceat vel vnum *Tanaqu. Fabri* exemplum afferre, qui ad *Anacreont.* 33, 19. verbum ἐκβοᾷν putabat esse aeui recentioris, cum tamen, praeter odarium illud Anacreonticum, legatur etiam in *Xenophontis* Cyneg. 6, 10. Nisi quis hunc ipsum verbi istius vsum in argumentis ponere velit, quibus libellum illum a *Xenophonte* non profectum esse demonstretur. quod tamen fieri vetant multi alii optimorum scriptorum loci, a *Stephano* in thesauro indicati.

Suid. in h. v. *Chariton* 1, 4. et quem ibi (p. 226.) *Doruillius* laudat, *Heliodor.* Aethiop. 8, p. 389, 27. ed. *Commelin.*

ἀγαθώτερος καὶ ἀγαθώτατος παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων κεῖται, inquit *Aelius Dionysius* ap. *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1384, 49. Similia praecipit *Phrynichus* p. 32. Vere, opinor. Nam praeter versionem Alexandrinam Iud. 11, 25. et 15, 2. quo tamen vtroque loco cod. Alex. habet κρείσσων, vir quidam doctus in Obs. miscell. Vol. X. p. 353. hanc comparatiui formam apud vnum *Gregorium Nazianz.* legi obseruauit, quem quidem minimi hac in re momenti esse quilibet intelligit. Superlatiuo ἀγαθώτατος vsi sunt *Diodor. Sic.* 16, 85. et *Apollon.* de syntaxi p. 46, 6. Cf. *Phrynichi* interpretes.

ἀγχιστεία, quod *Hesych.* explicat nomine συγγένεια, longe aliter videntur Alexandrini dixisse. Saltem Nehem. 13, 29. ἀγχιστεία ἱερατείας vix dubitari potest quin sit *liberatio a sacerdotio.* Eodem modo Esr. 2, 62. et Nehem. 7, 64. ἠγχιστεύθησαν ἀπὸ τῆς ἱερατείας significat *exclusi sunt sacerdotio.* v. *Biel.* nouus thes. philol.

ἄθυτον, quando de *re profana* dicitur, vt Lev. 19, 7. *Croius* obss. in N. T. c. 33. p. 258. sq. Alexandrinum iudicat. Recte. Nam apud Graecos, vt idem docet, aliud prorsus eo nomine significatur. v. c. apud *Aeschin.* p. 521. et 540. ed. *Reisk.* ἀθύτων καὶ ἀκαλλιερήτων ὄντων τῶν ἱερῶν, *non litatis neque addicentibus sacris.* Sic *Lysias* p. 790. ἄθυτα τὰ πάτρια ἱερὰ γίγνεσθαι. nisi cum *Wolfio* malis *infecta manere.* Apud *Plutarch.* de Is. et Os. c. 51. ἄθυτον ἡγεῖσθαι est *non sacrificandum* s. *ineptum sacris putare. Simonides* ap. *Athen.* 5, p. 179. D. ἄθυτα (in *Brunckii* analectt. T. I. p. 126. est ἄθυστα) ἱερὰ κατεσθίει, *victimas nondum immo-*

latas, nondum mola salsa vsui sacro destinatas. Hic tamen locus docet, quomodo nomen ἄθυτον omnino de cibo profano dici potuerit.

αἱρετίζειν et *αἱρετίζεσθαι* Alexandrina ego quidem arbitror fuisse pro *αἱρεῖν* et *αἱρεῖσθαι*, *eligere, praeferre, delectari.* Vix enim reperiuntur nisi in versione V. T. Graeca, vt Gen. 30, 20. Ps. 118, 30. et saepius, et Matth. 12, 18. Bene de iis exposuit *Biel.* Eodem modo *αἱρετὶς* Sapient. 8, 4. dicitur, *quae delectatur.* Et *αἱρετιστὴς*, *partium fautor, sectator, studiosus,* saepe apud *Polybium,* vt 1, 79. *Ioseph.* de bell. Iud. 2, 8, 4. *Diodor. Sic.* 18, 75. quem non purae omnino Graecitatis auctorem esse, multis exemplis docere, si liberet, possem. v. mox *αἰχμαλωτισθῆναι.*

αἰχμαλωτισθῆναι *Phrynichus* p. 192. dicit *οὕτως ἀδόκιμον, ὡς καὶ μὴ Μένανδρον αὐτῷ χρήσασθαι,* et pro eo dici iubet *αἰχμάλωτον γενέσθαι.* Cf. *Thom. Mag.* p. 23. Legitur autem tam actiuum, quam passiuum non solum in versione Alexandrina, vt Iud. 5, 12. *αἰχμαλώτισον*, et in codice Alex. Ezech. 12, 3. *αἰχμαλωτίσθητι*, etc. sed etiam apud *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 337. D. aliosque recentiores, vt *Diod. Sic.* 13, 59. *ᾐχμαλωτίσθησαν.* 17, 35. *τὰς αἰχμαλωτιζομένας.* *Tzetzem* ad *Lycophr.* 183. 330. *Eustath.* ad Odyss. κ, p. 1659, 14. et huius generis multos, quorum locos indicarunt interpp. *Thomae,* et qui ab his laudantur. Cf. *Croius* l. l. p. 268. sq.

ἄκαν pro *ἄκανθα*, *vepres*, vix legitur nisi 4 Reg. 14, 9. *ὁ ἄκαν* et *τὸν ἄκανα.* Videtur esse vocabulum ex antiquissima Hellenum lingua superstes.

ἀκουτίζειν τινὰ, *facere vt quis audiat.* Extat modo Ps. 50, 8. Cant. 2, 14. atque in aliis versionis Alex. locis, it. Sirac. 45, 5. *ἀκούτισον* *Theophylact.* epist. 21. p. 829. T. VIII. opp. *Meursii.* *Suidas:* *ἀκουτίσαι· διδάξαι.* Cf. interpp. *Hesych.*

in v. ἀκουστήσας et ἀκουστιῶν, vbi opportune afferuntur haec *Origenis* de orat. p. 97. ed. Wetst. τίς γάρ ποτε Ἑλλήνων ἐχρήσατο τῇ Ἐνωτίζου προσηγορίᾳ, ἢ τῇ Ἀκουτίσθητι, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὰ ὦτα δέξαι, καὶ ἀκοῦσαι ποιεῖς. (leg. ποίει.)

ἀκριβάζειν, quod *Pollux* 5, 152. ἀπειρόκαλον esse iudicat, reperitur Sirac. 46, 15. et plus semel in Aquilae aliorumque versionibus. Vnde ἀκρίβασμα habet idem Aquila Deut. 6, 17. et ἀκριβαστὴς Ps. 59, 7. Legitur etiam ἀκριβασμὸς Prov. 8, 29. in cod. Alex. et saepius.

ἀλγηρὸς pro λυπηρὸς plus semel extat in versione V. T. Alexandrina, vt Ier. 10, 19. Qui autem alii hoc adiectiuo vsi sint, non reperi.

ἀλήθειν. *Phrynich.* p. 58. ἀλεῖν ἐρεῖς, οὐκ ἀλήθειν. *Thom. Mag.* p. 31. ἀλεῖς, οὐκ ἀλήθεις. Recte. Nam ἀλήθειν habent tantum scriptores aetatis recentioris, vt *Diodor. Sic.* 3, 13. et 14. *Theophrast.* de causis plantar. 4, 14. *Lucillius* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 326. n. XLVII. *Aphthonius* fab. 15. interpretes Alexandrini Eccles. 12, 3. 4. etc.

ἀλισγεῖν, *inquinare,* apud eosdem interpretes legitur, v. c. Dan. 1, 8. ἀλισγηθῇ. vbi Schol. μιανθῇ. Malach. 1, 7. ἠλισγημένους. vbi in margine cod. Barberin. est scholion μεμολυσμένους. Hinc ἀλισγήματα Act. 15, 20. de quo loco peculiaris extat *Spenceri* diss. inserta eius operi de legib. Hebr. ritualib. p. 692—756. vbi ad nostram rem inprimis pertinet p. 696. Sed de etymo v. *Lennepii* etymologicum linguae Graecae P. I. p. 109. qui bene deriuare videtur ab ἄλω, ἀλίω, *voluo,* ita vt ἀλισγεῖν proprie sit *voluendo et versando inquinare sordibus vel puluere.*

ἀλλοφυλισμὸς, *peregrinitas, alienigenarum ritus.* 2 Macc. 4, 13. 6, 24. Recte mihi videbar huc retulisse,

et quia nusquam alibi reperitur, et quia non dicitur ἀλλοφυλίζειν. Scilicet formatum est, vt Ἀττικίζειν ab Ἀττικός.

ἀμήτωρ, v. ἀπάτωρ.

ἀμφιάζεσθαι pro ἀμφιέννυσθαι haud dubie Alexandrinum censendum est. Legitur plus semel in versione Alex. vt Iob. 29, 14. ἠμφιασάμην. atque in *Ctesiae* Persicis c. 10. Eodem modo ἀμφίασις Iob. 22, 6. 38, 9. et ἀμφίασμα in *Ctesiae* l. l.

ἀναπηδύειν pro ἀναβλύζειν. Legitur tantum Prov. 18, 4. Sed lectio videtur non satis certa.

ἀναστατοῦν pro ἀνάστατον ποιεῖν. v. *Dounaei* praelectt. in *Demosth.* de pace p. 108. ed. *Beck.* An praeter *Harpocrationem*, qui verbo ἀναστατωθῆναι explicat verbum ἀνασκευάσασθαι, et scriptores N. T. vbi extat Act. 17, 6. Galat. 5, 12. vsquam nisi in *Symmachi* aliorumque V. T. versionibus legatur, vt Ps. 58, 11. Ies. 22, 3. etc. valde dubito.

ἀπάντοτε, v. πάντοτε.

ἀπαρνεῖσθαι, *contemnere*, *spernere*. Sic est Ies. 31, 7. et Matth. 16, 24. Cf. *Fischer.* de vit. lexicor. N. T. p. 375. sq.

ἀπάτωρ proprie quidem est, *qui patre caret.* Quo sensu patet non nisi de Deo posse dici. v. *Lactant.* 4, 13, 2. Deinde hoc nomine significatur, *qui patre orbatus est*, *pupillus.* v. *Poll.* 3, 4. *Eurip.* Orest. 310. Tum *is, cui superstes quidem est pater*, *sed ob flagitia ita indignatur*, *vt eum filii loco non habeat.* v. *Sophocl.* Oedip. Colon. 1378. Etiam *is*, *qui patre vili et obscuro natus est.* v. *Eurip.* Ion. 110. Denique *spurius.* v. *Plutarch.* quaestt. Rom. 103. De quibus omnibus diligenter ac docte exposuit *Pet. Wesselingius* obss. varr. 2, 10. Sed harum notionum nulla satis convenire videtur in locum illum epistolae ad Hebr.

7, 3. vbi Melchisedecus vocatur ἀπάτωρ et ἀμήτωρ, h. e. *Grotio* interprete, *nulla generis, nulla parentum mentione*, non aliter quam quasi de coelo delapsus introducitur. Haec igitur nominum horum notio, qua indicat hominem, *cuius pater omninoque genus ignotum, nec fama aut ab vllo scriptore traditum est*, videtur noua esse. Certe nullum vidi a quoquam locum ex antiquo aliquo scriptore allatum, quo illa notio confirmaretur. Sed multa eius generis exempla reperiuntur in Charta Borgiana, vt 1, 11. fragm. 21, 13. etc. Cf. *Schowii* praefat. p. XXXV.

ἀπέχειν pro ἀπολαβεῖν siue λαβεῖν (v. *Suid.* in v. ἀπέχω, et *Hesych.* in v. ἀπέχης) siue ἔχειν, *Salmasius* in ossileg. linguae hellenist. p. 291. refert ad Alexandrinam dialectum. Neque iniuria, vt videtur, quanquam *Thom. Mag.* p. 89. ἀπέχω τὴν χάριν, inquit, κάλλιον ἢ λαμβάνω. (ἀπέχει χάριτας habet etiam *Callimach.* apud *Brunck.* analectt. T. I. p. 471. n. XLIII.) Nam praeter interpretes Alexandrinos (v. Num. 32, 19.) et scriptores N. T. vt Matth. 6, 2. (vbi v. *Grot.*) etc. *habendi* notionem huic verbo tribuisse reperiuntur scriptores illius aetatis, qua iam corrupta erat lingua Graeca, vt *Athenaeus* 14, p. 649. A. *Plutarch.* Laconic. apophthegmm. T. VIII. p. 198. ἀπέχεις τὰ διδασκάλια, pro quo p. 188. est ἀπολαμβάνεις. it. in vita Demosth. extr. et de genio Socrat. c. 23. *Hegesippus* ap. *Brunck.* analectt. T. I. p. 254. n. IV. vbi permutatur cum verbo simplici ἔχειν. *Callimachus* ap. *Brunck.* l. l. T. I. p. 466. n. XXII. *Palladas Alexandrinus* ibid. T. II. p. 427. n. XCVIII. Poeta quidam anonymus, quem tamen ante Alexandrum M. non vixisse certum puto, ibid. T. III. p. 253. n. CCCXC. *Aesop.* fab. 47. et multi huius generis, laudati a *Schwarzio* in commentarr. linguae Gr. N. F. p.

147. sq. *Fischero* de vitiis lexicor. N. T. p. 611-615 aliisque.

ἀπόδουλος in Charta Borgiana 5, 20. legitur, e coniectura *Schowii* quidem, qui p. 62. explicat *ex serua natum.* Fortassis etiam reddi possit *libertinus.*

ἀποκαραδοκεῖν, *exspectare*, habet *Aquila* Ps. 36, 7. et aliquot locis *Polybius*, vt 16, 2, 8. etc. Hinc ἀποκαραδοκία Rom. 8, 19.

ἀποκεφαλίζειν, pro ἀποτέμνειν τὴν κεφαλὴν, vulgaris vsus verbum et nemini veterum vsurpatum vocat *Salmas.* de hellenist. p. 107. Sane praeter *Dionem Cass.* 71, 28. et *Arrianum* (v. *Raphel.* et *Albert.* et *Kypk.* ad Matth. 14, 10. et *Georg.* hierocrit. P. I. p. 111. sq.) et *Artemidor.* onirocrit. 1, 35. legitur tantum Ps. 151, 7. et in ed. Complut. 1 Reg. 31, 9.

ἀποκιδαροῦν, *cidari nudare*, a *Bocharto* in fine hierozoici recte nominatur Semi-Persicum. Reperitur modo Lev. 10, 6. et 21, 10.

ἀποκριθῆναι pro ἀποκρίνασθαι, recte docet *Phrynichus* p. 40. esse reiiciendum. Cf. *Ammon.* p. 21. *Thom. Mag.* p. 96. *Eustath.* ad Il. ε, p. 515. *Fischer.* de vit. lexicor. N. T. p. 685. Nam ἀποκριθῆναι non *respondere* significat, sed *separatum esse.* Hanc ob causam, et quia apud nullum scriptorem saepius legitur, quam in Alexandrina versione et N. T. quia denique eodem vtuntur *Machon* apud *Athen.* 8, p. 349. E. 13, p. 582. D. et *Clemens Alexandr.* stromm. 6, p. 654. C. vt *Scholiasten Eurip.* ad Phoenn. 562. taceam: non dubito quin ista verbi forma, atque ita vt dixi vsurpata, recte pro Alexandrina habeatur. Inuenias quidem ἀποκριθῆναι pro *respondere* in *Platonis* Alcib. II. T. II. opp. p. 149. B. Sed ne commemorem, iam veteres, num vere a Platone dialogus hic profectus sit, dubitasse, mihi

quidem per errorem librariorum, quibus noua ista forma notior esset, videtur irrepsisse. Profecto enim si primi editores *Xenophontis* anab. 2, 1, 16. tantum codicibus Paris. et Eton. vsi essent, nunc in Xenophontis quoque l. l. ἀπεκρίθη legeremus pro ἀπεκρίνατο. Fluxit autem haud dubie forma ἀποκριθῆναι e Dorica dialecto. Nam *Theocrit.* idyll. 8, 74. οὐδὲ λόγον, inquit, ἐκρίθην ἄπο. vbi Schol. bene: ἀντὶ τοῦ ἀπεκρινάμην. τὸ ἀπεκρίθην γὰρ, τὸ ἐχωρίσθην δηλοῖ. Sic *Hesych.*: ἀποκριθῆναι· χωρισθῆναι.

ἀπολύειν, *immunem reddere, immunitatem dare.* Sic est 1 Macc. 10, 29. ἀπολύω ὑμᾶς, καὶ ἀφίημι πάντας ἀπὸ τῶν φόρων etc. v. 43. ὀφείλοντες βασιλικὰ, ἀπολελύσθωσαν. Ap. *Ioseph.* archaeol. 12, 3, 3. est ἀπολυέσθω ἡ γερουσία, καὶ οἱ ἱερεῖς — ὧν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τελοῦσι, καὶ τοῦ στεφανίτου φόρου. *Polyb.* 21, 9. et 22, 27. ἀπολύειν τῶν φόρων. Sic Inscript. Roset. lin. 30. ἀπέλυσε τῆς ἀρτάβης. Sed lin. 16. 17. ἀπέλυσεν τοῦ κατάπλου, vt *Polyb.* 3, 88. τῆς στρατείας.

ἀπόμοιρα, h. e. μερὶς, μέρος, *Hesychio* et *Suida* auctoribus, apud nullum scriptorem antiquum reperitur, sed Ezech. 45, 20. apud *Harpocrat.* et *Suid.* in v. ἀπονομὴ, quod nomen Atticum per illud interpretantur. *Ioseph.* archaeol. 6, 14, 6. habet ἀπομοίρας τῶν λαφύρων, et Inscript. Roset. lin. 15. τὰς καθηκούσας ἀπομοίρας τοῖς θεοῖς ἀπό τε τῆς ἀμπελίτιδος γῆς καὶ τῶν παραδείσων. Alias significat partem militum a reliquis copiis selectam et aliquo delegatam, *Détachement*, vt in locis *Agathiae* et Anonymi, quos *Suidas* attulit. Atque sic non minus saepe *Polybius* vsus est verbo ἀπομερίζειν, quam de iis, qui diuidunt et partiuntur aliquid, quo ipso sensu

apud *Ioseph.* l. l. est τῆς λείας αὐτοὺς (all. αὐτοῖς) ἀπομερίζειν.

ἀποπρατίζεσθαι, *vendere*, quod Tob. 1, 7. legitur, quin recte huc relatum sit, profecto nemo dubitabit.

ἀργαλίδιος pro ἀργαλέος, *molestus*, *molestiam creans*, extat in Chart. Borg. fragm. 1, 2, 3. et 4, 2. 7.

ἀρχιΦερεκῖται, *publicis lectionibus in synagogis praefecti*, memorantur in Nouell. 146. c. 1. et nomen habent inde, quod in פרקים, Φερεκὶμ, i. e. in capitula distinxerunt, quae legenda essent, auctore *Bocharto* in fine hierozoici, qui recte hoc nomen ponit in numero Semi-Hebraeorum.

ἀσβόλη, inquit *Phrynichus* p. 44. μὴ λέγε, ἀλλὰ ἄσβολος. Recte. Cf. *Aelius Dionys.* ap. *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1390, 54. Nam formam ἀσβόλη in nullo scriptore inueni, nisi in versione V. T. Thren. 4, 8. in *Antiphane* Comico ap. *Clem. Alex.* paedag. 3, 2. p. 218. B. in *Alexandro Aphrodisiensi* problemm. 2, 73. et *Eustathio* ad Odyss. α, p. 1405, 18.

ἀΦεδρὼν καὶ λουτρὼν, βάρβαρα. *Suid.* in ἀΦ' ἑδρῶν. Sed in v. ἀπόπατον et λυτρὼν dicit: ὁ ἀΦεδρὼν καὶ λυτρὼν βάρβαρα. Habent hoc nomen Matth. 15, 17. Marc. 7, 19. et *Florentinus* in Geoponic. 6, 2, 8. v. *Croii* obss. in N. T. c. 35. p. 272. inprimisque *Fischer.* de vitiis lexicor. N. T. p. 698—700.

ἀΦηγεῖσθαι vix apud idoneos scriptores ita vsurpatur, vt sit *praeesse*, *imperare*, *ducem esse.* Atqui sic saepe est in versione V. T. vt Exod. 11, 8. 2 Macc. 14, 6. in Inscript. Roset. lin. 27. ἀΦηγησαμένους τῶν ἀποστάντων. Cf. *Steph.* thes. T. I. p. 1425. G.

βαλάνισσα pro βαλανὶς, videtur esse forma Mace-

donica. Cf. *βασίλισσα*. Legitur in epigrammate ἀδεσπότῳ LXIV. in *Brunckii* analectt. T. III.

βασιλεία de *corona regia* vix reperitur apud aliquem alium scriptorem, praeterquam in Inscript. Roset. vbi lin. 43. est *χρυσᾶς βασιλείας*. lin. 45. *τοῦ περὶ τὰς βασιλείας τετραγώνου*. et *Diodor. Sic.* 1, 47. vbi v. *Wesseling*. Alias dicitur *βασίλειον*, intellecto nomine *στέμμα* vel simili. At in feminino *βασιλεία* tale quid intelligi nequit. Nam si v. c. supplere velis nomen *στεφάνη*, tamen *βασίλειος* dicendum erat.

βασίλισσα pro *βασίλεια* vel *βασιλὶς*, damnatur a *Phrynicho* p. 96. 112. *Thom. Mag.* p. 144. *Moeride* p. 96. Quorum grammaticorum editores, quibus etiam *Fischerus* in prima quidem animadversionum in *Welleri* gramm. Gr. editione p. 159. se assentiri profitetur, etsi defendere vocabuli probitatem studuerunt, etsi illud apud *Pollucem* 8, 90. de regis sacrificuli vxore legitur, etsi denique *Aelius Dionysius* ap. *Eustath.* ad Odyss. *α*, p. 1425, 39. cuius verba *Phauorinus* in v. *βασιλεὺς* exscripsit, Atticam putabat formam *βασίλισσα*: tamen persuadere mihi nondum potui, grammaticos falsa tradidisse, immo Macedonibus et Alexandrinis hoc nomen fere proprium factum esse existimo. Nam legitur illud quidem in *Xenoph.* Oecon. 9, 15. Verum ex hoc vno antiqui scriptoris Attici loco sententiam grammaticorum impugnare velle, profecto non minus temerarium et ridiculum foret, quam si quis ex vno *Platonis* loco, in quo *ἀποκριθῆναι* pro *ἀποκρίνασθαι* positum esse supra ostendimus, *ἀποκριθῆναι* Macedonicam formam esse negaret. Equidem laudarem, si quis apud Xenophontem reponeret *βασίλειαν*, prorsus vt in *Palaephat.* 32, 10. vbi 2 codd. *βασιλείαν* exhibent. Similiter in oratione in Neaeram, quae inter Demosthenicas legitur,

p. 1370, 16. pro βασίλισσα rescribi poterat e cod. MS. βασιλίννα, qua forma *Menander* vsus est ap., *Eustath.* l. l. p. 1425, 40. et ap. *Suid.* in v. παίσωμεν. Sed seruari potest βασίλισσα, salua grammaticorum veterum auctoritate. Nam, vt taceam, iam multos criticos antiquos de genuina istius orationis origine dubitasse, atque in causis dubitationis attulisse etiam hanc ipsam, quod τὰ τοιαῦτα τῶν ἀδοκίμων ὀνομάτων in ea reperirentur (v. *Phrynich.* p. 112.), agitur ibi non de regina aliqua, sed de vxore regis sacrificuli. Reliqui loci, in quibus extat βασίλισσα, quos attulerunt *Schwarz.* in commentarr. linguae Graecae N. F. p. 243. *Georgius* hierocrit. N. T. p. 112. aliique, desumti omnes sunt e scriptoribus temporum recentiorum, certe minus purae dictionis auctoribus, quibus iam addam alios nonnullos, vt *Antipatrum Tarsensem* et *Mnaseam* apud *Athenae.* 8, p. 346. D. *Theopompum* ibid. 13, p. 586. C. et p. 595. E. *Philemonem* ibid. p. 595. D. *Plutarchum* in Antonio c. 54. consolat. ad Apollon. T. VII. p. 343. apophthegmm. regum T. VIII. p. 101. de Is. et Osir. c. 13. *Callimachum* apud *Schol. Theocrit.* idyll. 13, 25. *Charitonem* 5, 3. *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1389, 41. *Schol. Eurip.* ad Hecub. 810. et Hippol. 128. Neque me mouet, quod hoc vocabulum in multis titulis priscis ac nummis reperitur. Vel enim non tantae antiquitatis et auctoritatis sunt, vt colligi ex iis recte demonstrarique possit vocabuli probitas, vel, si essent, ad summum inde appareret, vetustum et obsoletum vocabulum fuisse, a quo abstinuissent scriptores, florentis linguae Graecae temporibus viuentes, sed quod recentiori aetate receptum esset atque in vitae communis sermonem illatum. Scilicet, vt de inscriptionibus saltem dicam, in quibus extat βασίλισσα, omnes constat post Ale-

xandri M. tempora factas. Sic titulus ap. *Spon.* miscell. erudit. antiquitatis p. 519. n. 6. quem *Fischerus* l. l. attulerat, exaratus fuit Herodis Attici temporibus, qui sub Antoninis claruit. Inscriptio Rosetana, vbi lin. 9. et 41. Arsinoe, et Monumentum Adulitanum, vbi apud *Chishull.* l. l. p. 76. iterum Arsinoe, et Berenice, βασίλισσα dicuntur, sunt et Alexandrina et Ptolemaeorum. Iam vetustum esse hoc nomen, manifestum est partim ex eo, quod vxor regis sacrificuli Athenis eo appellaretur, partim quia Dores eo vsi esse reperiuntur. Sic in titulo Cyprio apud *Chishull.* l. l. p. 88. Cleopatra dicitur βασίλισσα, et apud *Theocrit.* idyll. 15, 24. Arsinoe. Atqui Doricam dialectum et antiquissimam fuisse, et matrem Alexandrinae dialecti, supra satis ostendimus. Recentiores autem Graecos insigniter delectatos fuisse vetustissimorum vocabulorum vsu, et ipse supra monui §. 5. et *Hemsterhus.* ad *Poll.* 10, 68. et *Pierson.* ad *Moer.* p. 329. item *Villoison* seconde lettre sur l'Inscript. Gr. de Rosette, in *Millini* Mag. encyclop. No. 6. an XI. p. 203. qui etiam illud refert, quod in omnibus numismatibus Aegypti Graecis legitur litera initialis *L*, qua significetur Λυκάβαντος, quo ipso nomine saepissime *Tzetzes* in Chiliadibus vsus est. Cf. infra v. γῆρος, δέλος, et alia. His omnibus accedit, quod *Hesychius* nomine βασίλισσα, tanquam communis, h. e. Macedonicae, linguae vocabulo, explicat glossam τιήνη, et *Suidas* atque *Schol. Eurip.* Hec. 484. glossam ἄνασσα, et quod illud idem nomen in versione V. T. Alexandrina saepissime, et in libris N. T. plus semel inuenitur, sed ne semel quidem βασιλὶς aut βασίλεια.

βουνὸς pro λόφος, a *Phrynicho* p. 156. dicitur ἐν τῇ Συρακουσίᾳ ποιήσει frequentatum, et *Philemoni*, nouae comoediae poetae, in vsu fuisse.

Reiicitur etiam ab *Aelio Dionysio*, apud *Eustath.* ad Il. λ, 710. p. 880, 29. atque inde apud *Phauorin.* in v. Κολώνη, vt barbarum et peregrinum, quod idem facit *Eustath.* ad Odyss. τ, p. 1854, 21. hac simul causa adiecta, quia sit Libycum s. Africanum, qua in re secutus est *Herodoti* 4, 199. auctoritatem, qui Cyrenaeorum vocabulum esse tradit. Hinc quam facilis transitus fuerit in Aegyptum, atque adeo Alexandriam, sponte patet cuique. (v. *Casaub.* ad Athen. p. 199, 52. s. T. II. animaduerss. *Schweighäus.* p. 187. et *Valckenaer.* ad *Herodot.* 4, 158.) Sic apud *Lycophr.* 144. 872. 1227. 1338. legitur vocabulum Cyrenaicum ἄμναμοι pro ἀπόγονοι, et v. 749. Ἀμφίβαιος, quod et ipsum Cyrenaeorum erat pro Ποσειδῶν. v. *Tzetz.* ad ll. ll. Certe saepe reperitur in Alexandrina versione, vt Gen. 31, 46. Exod. 17, 9. Num. 23, 9. Deut. 33, 15. Ios. 5, 3. etc. et verbum βουνίζειν Ruth. 2, 14. 16. cum λόφος nunquam adhibitum sit. Sed apud *Eustath.* ad Il. λ, 710. alii dicunt, ὅτι βουνὸν Φιλήμων ἐν Νόθῳ ὡς σύνηθες τίθησιν, ἄλλοθι δὲ ὡς ξενικὸν ἐπισκώπτει. Scilicet *Philemon* plus semel vsus erat isto vocabulo, quod deinde ex eius comoediis in vsum communem abiit. Quare nec alii scriptores eo abstinuerunt, vt *Pausanias* 2, 12. p. 138. vbi commutatur cum nomine λόφος. *Strabo* 6, p. 274. A. B. *Polyb.* 3, 83. 5, 22. *Nicarchus* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 355. n. XXIII. *Schol. Eurip.* Orest. 402. Sic *Alcaeus Messenius* in *Brunck.* analectt. T. I. p. 488. n. VIII. habet βουνοβατεῖν. *Polyb.* 2, 15. 5, 22. 9, 21. βουνώδης. *Diodor. Sicul.* 5, 40. βουνοειδής. Quin grammatici nomine βουνὸς, tanquam omnibus noto et communi, interpretantur alia, vt *Etymol. M.* p. 528, 5. nomen κολωνός. Et ple-

rosque Graeciae montes hodie βουνὰ vocari, ait *Villoison.* prolegomm. ad *Homer.* Iliad. p. L.

γῆρος, antiquissima forma pro γῆρας, vt κνέφος, οὖδος, ὗδος, δέρος, pro κνέφας, οὖδας, ὗδας, δέρας, (v. *Eustath.* ad Il. τ, p. 1237, 5. et ω, p. 1488, 20. ed. Basil. ad Il. ε, p. 600, 10. et ad Odyss. γ, p. 1456, 22. ed. Rom. *Etymol. M.* p. 93, 8. p. 284, 32. p. 639, 3. *Maittaire* p. 143. et 344.) rursus, vt alia multa huius generis, de quibus passim supra expositum est, videtur frequentata fuisse Macedonibus et Alexandrinis. Saltem Ps. 91, 14. omnes codices consentiunt in lectione γήρει, atque hanc ipsam formam pro γήρᾳ exhibet cod. Alex. Gen. 15, 15. et 1 Paral. 29, 28. idemque et Cottonianus Gen. 21, 7. et 25, 8. plurimi denique et optimi codices Luc. 1, 36. Eodem modo 3 Reg. 14, 4. genitiuus γήρους extat pro γήρως, quam formam reperimus in cod. Alex. Ps. 70, 9. γήρους habet edit. Rom. sed Complut. et Ven. γήρως.

γλωσσόκομον de *arcula* s. *vidulo* bene dici negat *Phrynichus* p. 36. melius esse γλωττοκομεῖον. *Pollux* 10, 154. γλωττοκομεῖον a recentioribus scriptoribus dici auctor est pro ἀγγεῖον, et affert locum ex *Apollodoro Carystio*, in quo legitur quidem γλωττόκομον, sed legi haud dubie debet γλωττοκομεῖον, vel certe γλωττοκόμιον, probante etiam ad *Phrynich.* l. l. *Pauwio.* Iam licet *Hesych.* in v. λακηθμὸν dicat, nomen γλωσσόκομον Atticum esse, tamen vt non solum vera praecepisse *Phrynichum* existimem, verum etiam vocabulum γλωττόκομον referendum putem ad dialectum Macedonicam s. Alexandrinam, efficit, praeter locos versionis Alexandrinae, in qua ter legitur, 2 Paral. 24, 8. 10. 11. vsus aliorum recentiorum scriptorum, vt *Longini* 43, 9. *Iosephi* archaeol. 6, 1, 2. vbi §. 3. commutatur cum vo-

cabulo ἄγγος, Poetae incerti in *Brunckii* analectt. T. III. n. CCCCXLVIII. vbi γλωσσόκομα sunt σοροὶ, *Didymi* in Geoponic. 4, 15, 9. vbi v. interpp. et *Plutarchi*, e quo *Kypk.* Obss. in N. Test. T. I. p. 394. locum attulit, quo ostenderet, hos loculos inprimis adhibitos fuisse ad recondendam pecuniam. De tali enim γλωσσόκομον vsurpatur etiam Ioh. 12, 6. Quo eodem pertinent verba *Germani*, patriarchae Constantinopolitani, in *Villoisoni* anecdott. Graec. T. II. p. 73. γλωσσόκομον εἴρηται τὸ κιβώτιον, ὅ τι ἐπεκόμιζον βάλλοντες τὰ διδόμενα αὐτοῖς χάριν διατροφῆς τῶν πενήτων καὶ ἐνδυμενίας, ὅτι κατεῖχε τὰς γλώσσας· γλῶσσαι γὰρ ἐκαλοῦντο παρὰ τῶν παλαιῶν, τὰ παρ' ἡμῖν νομίσματα, ὅτι οἱ ἀρχαῖοι γλώσσας τοῖς νομίσμασιν ἐνεχάραττον. Caeterum mea sententia eo firmatur, quod *Hesychius* nomen κάμψα (h. e. *capsa*) interpretatur nomine γλωσσοκομεῖον, pro quo tamen vel γλωσσόκομον vel γλωσσοκόμιον reponendum arbitror propter haec verba *Helladii* chrestomath. in *Meursii* opp. T. VI. p. 306. τὸ γλωσσοκομεῖον κυρίως μέν ἐστι τὸ ἀγγεῖον, ὃ τὰς αὐλητικὰς ὑποδέχεται γλώσσας· οἱ δὲ νῦν καταχρώμενοι καὶ ἐπὶ τῶν ἕτερα δεχομένων τιθέασι τὴν λέξιν. καὶ τοῦτο μὲν ἀνεκτόν. οἱ δὲ προσδιαστρέφουσι καὶ τὸν τόνον καὶ τὸν χρόνον· δέον γὰρ προπερισπᾶν τὴν παραλήγουσαν μακρὰν, οὗτοι καὶ συστέλλουσι καὶ προπαροξύνουσιν.

γράστις quin Alexandrinae et recentioris dialecti fuerit, dubitare nos vetant haec verba *Eustathii* ad Il. Φ, p. 1301, 43. ed. Basil. γράω τὸ ἐσθίω, ἐξ οὗ καὶ γράστις, ἡ ὑπὸ τῶν ζώων χλωρὰ ἐσθιομένη. — Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἐν τῷ λεξικῷ αὐτοῦ τῷ ῥητορικῷ, οὐκ ἐθέλει ὀνομάζεσθαι γράστιν ὅλως. φησὶ γὰρ, κρά-

στιν Ἀττικοὶ τὴν πόαν, γράστιν δὲ οὐδένες. Similiter ad Il. ζ, p. 490, 29. ed. Basil. ἡ τοῖς ἀλόγοις φίλη γράστις, ἣν καὶ κράστιν γράφουσιν οἱ παλαιοὶ, φάμενοι τὸν ἡμίξηρον χόρτον οὕτω καλεῖσθαι. ὅθεν καὶ ῥῆμα τὸ κραστίζεσθαι. Cf. *Etymol. M.* p. 535, 23. Neque admodum differunt haec *Hesychii*: κράστιν Ἀττικοί. διὰ τοῦ γ οἱ νῦν γράστιν φασίν· ἔστι δὲ ὁ χλωρὸς χόρτος. Apud *Moeridem* p. 211. scribitur κράτις et γράτις, et *Piersonus* hanc scripturam tuetur. At siue cum *Casaub.* ad *Pers.* 5, 77. nomen Graecum e Syriaco גרס vel גרש deriues, siue cum *Heinsio* (ad *Hesych.*) nostrum *Gras* compares, vtrobique habes σ. Est igitur eadem nominum γράστις et κράστις, quae vocabulorum γναφεὺς et κναφεὺς, ratio, de quibus §. 10. pauca monui. Legitur autem γράστις et γραστίζειν et γραστισμὸς non raro in recentioribus. v. *Apsyrt.* in Geoponn. 16, 1, 11. et quae ibi interpp. Notabile est, quod *Hesychius* vocabulo γράστις, tanquam sua aetate omnibus noto, vtitur ad explicandam glossam γοιταί.

γρηγορῶ, γρηγορεῖ, inquit *Phrynich.* p. 46. οὐ δεῖ, ἀλλ' ἐγρήγορα λέγειν, καὶ ἐγρήγορεν. Sic *Eustath.* ad Odyss. υ, p. 1880, 26. Ὅμηρος μὲν τετρασυλλάβως οἶδεν, ἐγρηγορῶ· οἱ δὲ ὕστερον, καὶ γρηγορῶ τρισυλλάβως, ὅπερ οὐ φιλεῖται τοῖς ῥήτορσιν. Caetera, quae dici de verbo γρηγορεῖν poterant, iam praecepisse video *Fischerum* de vitiis lexicor. N. T. p. 677. sq. et animaduu. ad *Weller.* Spec. III. P. I. p. 65. Addo, formam γρηγορεῖν reperiri etiam apud *Achill. Tat.* erot. 4, 17.

γῦρος de *ambitu* et *orbe* dici posse negat *Phrynichus* p. 184. et *Menandrum* ait hoc vocabuli vsu inquinasse comoediarum suarum pulcherrimam.

Etiam in versione Alexandrina sic legitur, vt Iob. 22, 14. Sirac. 24, 5.

δειγματισμὸς, quod in titulo Roset. lin. 30. ita legitur, vt fere idem sit quod παράδειγμα, h. e. *exemplar*, ad quod fabricanda fuerant ὀθόνια, siue, vt *Ameilhonus* p. 66. sq. exponit, *étalon*, fortasse non immerito huc refertur.

δέλος pro δέλεαρ, mihi quidem videtur, vt βασίλισσα et γῆρος, antiquissima vocabuli forma esse, recepta deinde in dialectum Macedonicam s. Alexandrinam, sed sero demum a scriptoribus vsurpata. Non repugnant sententiae meae, quae *Eustath.* ad Il. β, p. 235, 6 scripsit, repetita in v. μῆχος a *Phauorino: ὥσπερ ἡδονὴ ἦδος Αἰολικῶς, οὕτω καὶ μηχανὴ μῆχος. τὸ δ' αὐτὸ καὶ μῆχαρ*, κατὰ τὸ δέλος δέλεαρ. E recentioribus verum vidit *Lennepius* in Etymologico linguae Graecae T. I. p. 227. »Quemadmodum, inquiens, a δάλω, δαλὸς, a δόλω, δόλος, sic a δέλω est δέλος, et inde δέλεαρ.« Nullum vero nominis δέλος in scriptoribus vestigium inueni, nisi in Geoponicis, vt 20, 7, 4. et in multis capitum eiusdem libri titulis.

δημόσιος, cum pro δημίῳ, *carnifice*, dicitur, *Salmasius* ad *Achill. Tat.* p. 682. sq. Alexandrinae dialecto adscribendum putabat. Aliter statuunt *Doruill.* ad *Charit.* 1, 5. p. 256. ed. Lips. et *Reiskius* animaduu. ad *Dion. Chrysost.* orat. 31. T. I. animaduersionum ad Graecos auctores p. 110. Cf. p. 116. qui, »tam frequenter, inquit, inueni»tur δημόσιος pro δημίῳ, *carnifice*, vt nequeam »cum illis facere, qui illud damnant, hoc pro»bant. v. *Dio Chrysost.* p. 336, 2. p. 348, 16.« At cum *Dio* recentior scriptor sit, posterior saltem eius locus videtur *Reiskio* aduersari. Dicitur enim ibi nefas fuisse Rhodi legibus, τὸν δημόσιον τὴν πόλιν εἰσελθεῖν, prorsus vt Romae

intra vrbem carnifici domicilium negabatur (v. *Cic.* pro Rabir. 5.), quod de δημοκοίνῳ etiam *Pollux* 9, 10. tradidit. v. *Wesseling* ad *Diodor. Sic.* 13, 102. Scilicet quanquam δήμιος olim non differebat ab eo, qui postea δημόσιος dictus est, id quod docemur per haec *Eustathii* ad *Hom.* Odyss. γ, p. 1458, 10. ὅτι ἀντιδιέσταλται τὸ ἴδιον τῷ δημίῳ πράγματι, καθὰ δηλοῖ το (v. 82.), πρῆξις δ' ἥδ' ἰδίη, οὐ δήμιος. ἐξ ὧν οἱ μεθ' Ὅμηρον τὸ ἰδιωτικὸν φασι καὶ τὸ δημόσιον. Ὅρα δὲ ὡς λέξις χρηστὴ ἐπ' ἀγαθῷ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὕστερον εἰς ἑτεροίαν σημασίαν μετέπεσε. κολαστὴς γὰρ ὁ δήμιος παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον. Cf. ad θ, p. 1595, 17. et *Ernest.* ad Odyss. γ, 82. et δ, 312. quanquam item libenter largior *Doruillio*, siue δημόσιος siue δήμιος dicatur, semper vocabulum δοῦλος intelligi: tamen hoc videtur vsus loquendi effecisse, vt omnes ministri seu serui publici, qui quaestionibus et suppliciis adesse solerent, δημόσιοι dicerentur, sed ille speciatim, qui *carnifex* a Latinis vocatur, δήμιος. Atque sic δημόσιος est apud *Aristoph.* Lysistr. 437. vbi *Bisetus:* δημοσίους λέγουσι, ὥς φησι Σουΐδας, τοὺς τῆς πόλεως δούλους. τοιοῦτοι οἱ ὑπηρέται, καὶ τοξόται, καὶ Σκύθαι. Sequentibus autem aetatibus, cum mutari et corrumpi coepisset lingua Graeca, sensim arbitror hoc discrimen neglectum fuisse. Quotiescunque igitur δημόσιος de carnifice dicitur, vt apud *Plutarch.* in Phocione c. 36. minus purum hoc et accuratum atque adeo mutationi linguae per Macedonas et Alexandrinos factae tribuendum existimo, etsi difficillimum esse videam, in quolibet loco, vbi recentiorem istum vocabuli vsum deprehendimus, certo definire, vtrum ille scriptori debeatur ipsi, an librariorum inscitiae, qui fortasse δήμιος putarint

esse compendium scripturae pro δημόσιος, an denique grammaticis, qui nomen sua aetate vsitatius adhibuerint ad explicandum antiquum et minus iam vsitatum. Sic *Thomas Magister* p. 207. vbi affert aliquem *Aeschinis* oratoris locum (p. 296. ed. *Reisk.*), in eo non δήμιος sed δημόσιος exhibet, vt Codex Meadianus, haud dubie e glossemate. Contra apud *Diodorum Sic.* 13, 102. libri editi habent ὑπὸ τῶν δημοσίων ἐπὶ τὸν θάνατον ἄγεσθαι, sed codex Venetus ὑπὸ τῶν δημίων, quod potest grammatici paulo doctioris et elegantioris interpretamentum videri, qui indicare voluerit, etiam ita scribere potuisse *Diodorum*, qui sane vocabulo τοῦ δημίου vsus est 14, 107. Itaque res omnis iudicari debet ex aetate scriptorum, neque adeo vllo modo in *Aeschine* v. c. e *Thoma* δημόσιος reponi pro δήμιος. ὁ τὰς τῶν ἀνθρώπων εὐημερίας κολούων δημόσιος — ὅτι δὲ δημόσιος εἴη δήμιος, *Theophylact.* epist. 39. p. 873. T. VIII. opp. *Meursii*.

διάζεσθαι huc referendum esse docent verba *Pollucis* 7, 32. 33: στῆσαι τὸν στήμονα ἢ τὰ στημόνια, καὶ προφορεῖσθαι. οὕτω γὰρ ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ τὸ νῦν διάζεσθαι. καὶ τὸ διάζεσθαι δέ ἐστιν ἐν αὐτῇ τῇ λέξει παραλαμβανόμενον, Ὁ δ' ἐξυφαίνεθ' ἱστοὺς, ὁ δὲ διάζεται. καί που παρὰ Νικοφῶντι ἐν Πανδώρᾳ. vbi equidem probauerim *H. Stephani* coniecturam, ἐν κοινῇ λέξει, vel legerim ἐν ταύτῃ τῇ λέξει. Nam prior locus est prouerbium, qualia non esse puri sermonis exempla habenda satis constat; et Nicophon, cum comicus poeta fuerit, potuit plebeium aliquem eo verbo vtentem inducere. A verbo προφορεῖσθαι distinguit *Schol. Aristoph.* Auu. 4. et ex eo *Suidas*: προφορεῖσθαι λέγεται, τὸ παραφέρειν τὸν στήμονα τοῖς διαζομένοις. *He-*

sychius autem verbo διάζεσθαι ad explicanda verba Attica vtitur, vt ἄττεσθαι· διάζεσθαι στήμονα. it. διήντετο (nisi legendum est διήττετο)· διάζετο ἱστόν. Sic fere legitur in codice Alex. Iudic. 16, 14. ἐδιάσατο τοὺς ἑπτὰ βοστρύχους, et v. 13. in Cod. Oxon. διάσῃ pro ὑφάνῃς. Sed Ps. 2, 6. *Aquila* et alius interpres scripsisse fertur ἐδιασάμην βασιλέα μου, cum *Symmachus* habeat ἔχρισα. Nomen δίασμα, quod *Etymol. M.* p. 270, 18. explicat verbis ἡ πρώτη τοῦ ἱματίου ἐργασία, extat Iudic. 16, 13. 14. et in loco *Callimachi* apud *Etymol.* l. l. Add *Suid.* qui in v. ἆσμα de hoc nomine dicit: σημαίνει δὲ καὶ τὸ δίασμα. καὶ Σώφρων. καὶ ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι μεταβολῇ τῶν δύο σσ εἰς τὸ ζ. Cf. *Steph.* ind. thes. et *Valckenaer.* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 205. sq.

διακόνισσα pro διακονίς. v. βασίλισσα. Forma illa saepissime reperitur in libris recentiorum, vt apud *Epiphan.* haeres. 79. in Conciliorum canonibus Graecis ac Latinis, vt Nicaeni canone 19. in Latinis patribus eccles. v. *Casp. Ziegler* de diaconis et diaconissis veteris ecclesiae, Viteb. 1678. 4. inprimis cap. 19.

διάκων pro διάκονος est in Charta Borgiana 7, 16-18. et 9, 23. Cf. *Schow.* p. 51. et 56. et praefat. pag. XXXIX. vbi ostendit, eandem illam formam vbique deprehendi in MSS. Liturgico-Copticis episcopi Tukii, in bibliotheca Collegii de propaganda fide asseruatis.

διαρτῆσαι pro ἐξαπατῆσαι *Menandrum* dixisse testantur *Suidas* et *Phauorinus.* Atque ista notio videtur verbo a Macedonibus et Alexandrinis tributa fuisse. Vnde Num. 23, 19. e quo loco etiam Iudith 8, 16. pro διαιτηθῆναι rescribendum est διαρτηθῆναι, legitur: οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεὸς

διαρτηθῆναι, pro quo *Philo* lib. 1. de vita Mosis T. II. opp. p. 125. vbi hunc locum laudat, exhibet διαψευσθῆναι. Etiam *Dionysius Halic.* plus semel sic vtitur verbo διαρτᾶσθαι, vt archaeol. Rom. 1, p. 31, 24. p. 73, 45.

διαυλωνία, inquit *Croius* Obss. in N. T. cap. 33. p. 257. est vox Alexandrina. *Eustathius* certe ad Odyss. χ, p. 1917, 51. scripsit haec: οἱ αὐλῶνες. ὅθεν τὰ διαυλωνίζοντα πνεύματα. καὶ διαυλωνία, τοπικὴ στενότης, καθ' ἣν ὄρτυγες ἢ ἁπλῶς ἄγριοι ὄρνιθες ἀγρεύονται. ἐθνικὴ δὲ λέξις αὕτη γνώριμος τοῖς περὶ Σινώπην ἀνωτέρω οἰκοῦσι πρὸς βορῥᾶν. Et ad Odyss. δ, p. 1483, 47. διαυλωνίζειν φαμὲν χωρίον τὸ δεχόμενον ἐξ ἑκατέρου πνεῦμα. quae sunt ex *Athenaei* 5, p. 189. B. desumta, et quae saltem Naucratitis hoc verbum in vsu fuisse docent. Legitur autem διαυλωνίζειν in *Aristot.* de respirat. c. 16.

διαφωνεῖν, quod alias significat *dissonare, discrepare,* vt in *Plat.* Cratyl. T. I. opp. p. 394. C. ταῖς συλλαβαῖς καὶ τοῖς γράμμασι διαφωνοῦντα, in dialecto Alexandrina significare coepit *perire, deesse, desiderari*, vt 1 Reg. 30, 19. καὶ οὐ διεφώνησεν αὐτοῖς (up. τι s. οὐδέν). Num. 31, 49. οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἷς. *Suidas:* διαπεφώνηκεν· ἀντὶ τοῦ ἐσχάτην καὶ τελευταίαν φωνὴν ἀφῆκε, τουτέστιν, ἀπέθανεν. Ezech. 37, 11. ἀπόλωλεν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, διαπεφωνήκαμεν. *Hesychius:* διαπεφωνήκαμεν· ἀπωλόμεθα. Cf. *Bochart.* hieroz. P. II. p. 646. Scilicet metaphora petita est a sono, qui quando per plura loca huc illuc peruasit, tandem audiri desinit.

δύσριγος, quando de *alsioso* et *frigoris impatiente* dicitur, adulterinum vocabulum vocat *Phrynichus* p. 184. quo *Menander* vsus sit. Nimirum pu-

rae Graecitatis tempore videtur in vita communi tantum et plebis sermonibus ita vsurpatum fuisse, quod quidem inde puto posse colligi, quoniam ab *Aristophane*, qui alias fuit Ἀττικώτατος, illud eo sensu adhibitum fuisse *Pollux* 4, 186. auctor est: τοὺς ἀεὶ ῥιγοῦντας οἱ παλαιοὶ ῥιγοσιβίους ἔλεγον, οὓς οἱ νῦν δυσρίγους. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Βαβυλωνίοις δύσριγος εἴρηκε. Neque enim semper et simpliciter *Aristophanes* potest puri Atticismi testis aduocari. v. *Ioh. Aug. Ernesti* pr. de vestigiis linguae Hebraicae in lingua Graeca (Lips. 1755. 4.) p. 11. sq. Postea vero praeter *Aristotelem* hist. animm. 8, 25. 9, 3. et 46. de generat. animm. 2, 8. problemm. 1, 29. et 8, 10. etiam alii minus puri scriptores eodem modo locuti sunt, vt *Apollonius Alexandrinus* de syntaxi p. 188, 27. edit. *Sylburg*. Frcf. 1590. 4.

ἔκθεμα βάρβαρον. σὺ δὲ λέγε πρόγραμμα. *Phrynich.* p. 104. πρόγραμμα λέγε. τὸ δὲ ἔκθεμα, ἄχρηστον. *Thom. Mag.* p. 739. Sane ἔκθεμα in scriptoribus idoneis an legatur valde dubito. Equidem reperi tantum in versione Alexandrina, vt Esth. 8, 17. vbi synonymum est πρόσταγμα, et Ezech. 16, 24. vbi *Polychronius* interpretatur οἷον τὸ προαγώγιον, ἔνθα τὰς πόρνας τρέφειν εἰώθασι. v. *Biel.* nou. thes. philolog. Adde quod *Hesychius* eo vtitur ad explicandum nomen προγράμματα.

ἐκμάξασθαι pro ὀμόρξασθαι et ἀπομόρξασθαι dici vetant *Thom. Mag.* p. 649. et *Moeris* p. 291. Recte, opinor. Nam praeter Epist. Ierem. 13. ἐκμάσσονται, et v. 24. ἐκμάξῃ, et Sirac. 12, 11. ἐκμεμαχὼς, nullus, qui huic verbo *abstergendi* notionem subiecerit, auctor mihi innotuit, nisi *Aristoteles* hist. animm. 9, 40. vbi legitur ἐκμάττουσιν.

ἐκτρῶσαι et ἔκτρωμα pro ἐξαμβλῶσαι et ἄμβλωμα siue ἐξάμβλωμα siue ἀμβλωθρίδιον eleganter dici negant *Phrynichus* p. 88. et 128. *Thomas Mag.* p. 318. sq. et *Phauorin.* in v. ἐκτρῶσαι. Haud dubie recte. Nam quae interpretes grammaticorum attulerunt istorum verborum exempla, ea ex Atticis et antiquis scriptoribus desumta non sunt, sed vel ex Ionicis, quare *Fischerus* de vitiis lexicor. N. T. p. 701. sq. Macedonas et Alexandrinos verbum ἐκτιτρώσκειν ex Ionica dialecto reuocatum frequentasse dicit, (Cf. infra τελίσκειν) vel ex iis, qui post Alexandri M. tempora vixerunt, vt *Diodoro Sic.* 3, 64. 4, 2. aliisque. Sic *Apollonius* de syntaxi p. 249, 15. p. 275, 8. habet participium ἐκτρώσασα, *Symmachus* Iob. 21, 10. ἐξέτρωσε, interpretes Alexandrini Num. 12, 12. Iob. 3, 16. ἔκτρωμα, quod ipsum legitur 1 Corinth. 15, 8.

ἐμπιστεύειν et ἐμπιστεύεσθαι a nullo quidem grammatico reiicitur. Sed cum in nullo scriptore antiquo reperiatur, contra vero, praeter versionem Alexandrinam, vt 2 Paral. 20, 20. ἐμπιστεύσατε ἐν κυρίῳ θεῷ ἡμῶν, καὶ ἐμπιστευθήσεσθε, Sirac. 1, 15. 2 Maccab. 10, 13. legatur apud scriptores Aegyptios, vt *Ptolemaeum* in libello qui καρπὸς inscribitur p. 220. ἐμπιστευθήσεται ὁ κύριος τῷ ὑποχειρίῳ ἐκείνῳ, et *Clement. Alexandr.* protrept. p. 38. B. aliosque recentiores, vt *Alexandrum Aphrodis.* problemm. 2, 63. init. *Aesop.* fab. 181. *Galenum* (v. *Steph.* thes. T. III. p. 143. G.): vix dubitandum puto, quin sit ad Alexandrinam dialectum referendum.

ἐνδομενία vel ἐνδυμενία. *Phrynichus* p. 148. ἐνδυμενία ἀμαθῶς· δέον διττῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι, σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, καὶ ἔπιπλα. E quibus verbis cum appareat non solum vestitum, sed omnem supellectilem intelligi, *Pauw*

scribi iubet ἐνδομενία. *Pollux* 10, 12. τὴν τοιαύτην κατασκευὴν, ἐνδομενίαν οἱ πολλοὶ καλοῦσιν· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαινῶ τοὔνομα. Deinceps addit, reperiri hoc nomen ἐν Ὀλυμπιάδος ἀπογραφῇ, per quam Olympiadem cum *Hemsterhusio* intelligo Alexandri M. matrem, ita vt origo vocabuli Macedonica satis sit manifesta. Sicut autem apud *Pollucem* alii legunt ἐνδομένειαν, *Hemsterhusius* vero cum reliquis interpretibus ἐνδομενίαν praefert: ita *Suidas* habet ἐνδυομενία, quod haud dubie conflatum est ex duplici lectione ἐνδομενία et ἐνδυμενία, quarum haec quidem est frequentior, ita vt dubium sit, vtrum probari debeat *Hemsterhusii*, qui Macedonas δόμενον pro δόμος dixisse coniectat, vt intelligatur supellex, quae scilicet est ἐν δόμῳ, aut *Guieti* ad *Hesychium* coniectura, qui deriuat ἀπὸ τοῦ ἔνδον μένειν, an a verbo ἔνδυμι vel nomine ἔνδυμα descendere putandum sit, quando *vestitum* significat, sed ἀπὸ τοῦ ἐν δόμῳ εἶναι, quando omnis generis *suppellectilem*. Pro eorum ratione, qui ab ἔνδυμα deducunt, pugnant ii loci, in quibus ἐνδυμενία scribitur, et de vestitu dicitur, vt *Polyb.* 5, 81. *Germani*, (v. supra in v. γλωσσόκομον) et *Irenes* Augustae in Typico c. 28. Sed *Hemsterhusii* suspicio confirmari videtur loco *Polyb.* 4, 72. τὴν ἐνδυμενίαν (quem locum afferens *Suidas* dedit ἐνδυομενίαν) ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν διήρπασαν, item analogia nominis σκεῦος, quod et aliam supellectilem et vestimenta significat, *Guieti* autem opinio nomine ἐνδουχία, quod apud *Polyb.* 18, 18. de supellectile legitur. Est enim ab ἔνδον et ἔχειν.

ἐντομίδες de *incisionibus in luctu fieri solitis*, quae notio huic vocabulo subiecta est Leuit. 19, 28. 21, 5. Ierem. 16, 6. Alexandrinum vocatur a

Croio obss. in N. T. cap. 33. p. 258. et *Hodio* l. l. 2, 4. p. 121. Neque habeo quod huic iudicio opponam. Nunquam enim ἐντομίδες hoc sensu dicuntur in Graecis scriptoribus, quippe qui pro eo vocabulo vtebantur nomine ἀμυχαί. v. *Plutarch.* in Solone c. 21. et de sera numinis vind. c. 22. T. X. opp. ed. *Hutten.* p. 269. v. interpp. *Hesych.*

ἐνωτίζεσθαι pro ἀκούειν siue ἐν τοῖς ὠτίοις δέχεσθαι (v. *Hesych.* in v. ἐνωτίζου) putarunt nonnulli viri docti, vt *Reinesius* epistt. ad Vorst. p. 39. ex Hebraico verbo הֶאֱזִין effictum fuisse. Atque ego olim ipse in eadem sententia fueram. Sed *Vorstius* de Hebraismis N. T. 1, 3. p. 10. sqq. satis docuisse videtur, verbum istud non a Graecis interpretibus demum fabricatum, sed iam antea in vulgari sermone vsitatum fuisse. Cui eidem sententiae adstipulatur *Fischerus* de vitiis lexicor. N. T. p. 693. sq. Alexandrinum autem verbum esse apparet ex crebro eius vsu in versione Alexandrina, vt Gen. 4, 23. Iob. 32, 11. 33, 31. Ies. 44, 8. Sapient. 6, 2. Sirac. 30, 18. etc. et in N. T. Act. 2, 14. atque apud alios recentiorum temporum scriptores, vt *Theodosium Zygomalam*, *Iosephum Genesium*, *Gregorium Nazianzenum* (v. *Vorst.* l. l.) *Cinnamum* et *Zonaram*. v. *Fischer.* l. l. ἐνωτίσασθαι habet *Theophylactus* epist. 24. p. 840. T. VIII. opp. *Meursii* et in prima earum, quas *Lamius* primus e Cod. Mediceo addidit, p. 940.

ἐξολοθρεύειν, inquit *Krebsius* in lexico N. T. in h. v. »est vox mere Alexandrina.« quam notam *Spohnius* omittere in noua lexici illius editione non debebat. Quanquam enim a nullo grammatico illud damnatum vidi, tamen reprobandum censeo, partim ob formam, cum saltem ἐξολεθρεύειν dicendum esset, quod tamen in Cod.

Alex. saepissime reperitur, partim ob notionem, cum non tantum pro ὀλλῦναι ponatur, ut 4 Reg. 23, 14. sed etiam pro ἐξελαύνειν, vt Gen. 17, 14. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς. Exod. 12, 15. ἐξολοθρευθήσεται ἐξ Ἰσραήλ. Lev. 17, 4. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ. Num. 9, 13. partim quia nusquam saepius quam in versione Alexandrina legitur, cuius paucissimos locos attuli, item in libris apocryphis, vt Sapient. 12, 8. 1 Maccab. 2, 40. etc. et in N. T. vt Act. 3, 23. Nam *Kypkius* T. II. obss. in N. T. p. 27. attulit quidem locos ex *Iosepho* et e Testamento duodecim patriarcharum. At vero tales quam parum valere possint ad probandum, cuiuis facile patet. Quo eodem loco habendus est *Schol. Aristoph.* Plut. 443. qui habet ἐξολοθρευτικώτερον. Poterat saltem *Philonem* laudare, lib. 2. de legum allegorr. T. I. opp. p. 73, 2. vbi est ὀλοθρεύειν, vt apud *Schol. Eurip.* Hippol. 535. Sic *Suidas:* ὀλέσκει· ὀλοθρεύει. *Etymol. M.* p. 622, 37. ὀλλύειν, ὅ ἐστιν ὀλοθρεύειν. Sed nec ὀλοθρεύειν probauerim, cum apud nullum scriptorem idoneum vnquam reperiatur, saepe vero in versione Alexandrina, vt Exod. 12, 23. Num. 4, 18. etc. it. Hebr. 11, 28.

ἐξυπνισθῆναι οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλὰ ἀφυπνισθῆναι. *Phrynich.* p. 96. ἀφυπνίζω, καὶ διυπνίζω, οὐκ ἐξυπνίζω. *Thom. Mag.* p. 134. Et recte sic statuisse videntur grammatici, cum ἐξυπνίζειν tantum legatur in versione Alexandrina, vt 3 Reg. 3, 15. Iob. 14, 12. et in libris N. T. Ioh. 11, 11.

ἐρεύγεσθαι et ἐξερεύγεσθαι, quando pro λαλεῖν et similibus verbis ponuntur, nemo negauerit Attica non esse, sed Alexandrinae dialecto tribuenda. Sic Ps. 18, 2. ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα. 118, 171. ἐξερεύξαιντο τὰ χείλη μου ὕμνον. 144, 7. μνήμην ἐξερεύξονται. Matth. 13, 35.

ἐρεύξομαι κεκρυμμένα. Etiam de leonibus rugientibus legitur, vt Hos. 11, 10. 1 Macc. 3, 4.

εὐδοκεῖν *Salmasius* de hellenistica p. 119. Macedonicum putat, *Croius* obss. in N. T. cap. 34. p. 264. Siculum, aut Arcadicum, aut Alexandrinum, nequaquam vero Atticum. Vterque haud dubie rectius *Hieronymo*, qui ad Ephes. 1, 5. T. IX. opp. p. 163. C. »verbum εὐδοκίαν, inquit, — »apud Graecos compositum est ex duobus inte»gris, ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ τοῦ δοκεῖν. — Hunc au»tem sermonem de Hebraico רצין LXX. interpre»tes transtulerunt, rebus nouis noua verba fingen»tes.« Legitur enim apud *Diodorum Siculum* 4, 22. εὐδοκήσας τῇ συνθήκῃ, *acquiescens*. 11, 47. ὥστε πάσας τὰς πόλεις εὐδοκῆσαι. 17, 47. εὐδοκήσας τῷ ξένῳ. Item apud *Polybium* saepissime, neque tantum cum datiuo rei, sed etiam cum praepositione ἐν (v. *Schweighäuseri* lexicon Polybianum), quam structuram *Croius* p. 265. phrasin Hebraeam iudicat. Denique in versione Alexandrina et N. T. vbi inprimis noua videtur constructio cum accusatiuo rei, vt Lev. 26, 41. εὐδοκήσουσι τὰς ἁμαρτίας. Ps. 50, 19. εὐδοκήσεις θυσίαν. 84, 1. εὐδόκησας τὴν γῆν. Hebr. 10, 8. ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδόκησας. in quibus et similibus locis significat *amare aliquid, voluptatem ex aliqua re capere, velle aliquid.* Cf. *Fischer.* de vitiis lexicor. N. T. p. 328—332. Ego enim non nisi pauca monere potui.

εὐκαιρεῖν οὐδεὶς εἴρηκε τῶν παλαιῶν, Ἕλληνες δέ. *Moeris* p. 145. εὐκαιρεῖν οὐ λεκτέον, ἀλλ' εὖ σχολῆς ἔχειν. *Phrynich.* p. 50. σχολὴν ἄγω, καὶ εὖ σχολῆς ἔχω· — τὸ δὲ εὐκαιρεῖν πάντῃ ἀδόκιμον. *Thom. Mag.* p. 829. sq. σχολὴ — ἣν οἱ πολλοὶ ἀκύρως καλοῦσιν εὐκαιρίαν· τὸ δὲ εὐκαιρεῖν, βάρβαρον· ἀντὶ δὲ τοῦ σχολὴν ἄγειν λέγουσιν Ἀττικοὶ σχολάζειν. *Etymol. M.* p. 740,

52. et *Suid.* in v. σχολή. Abstinuerunt hoc verbo interpretes Alexandrini, non item scriptores N. T. vbi legitur Marc. 6, 31. Act. 17, 21. 1 Corinth. 16, 12. neque *Polybius* 4, 60, 10. 20, 9, 4. etc. *Plutarchus*, *Philo* aliique recentiores. v. *Hoeschel.* ad *Phrynich.* et *Fischer.* l. l. p. 695. sq.

ἤμην, εἰ καὶ εὑρίσκεται παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ἦν ἐγώ. *Phrynich.* p. 60. Consentit grammaticus quidam in Hortis Adonidis, cuius haec sunt verba: τὸ ἤμην ἐπὶ τοῦ ὑπῆρχον ἀπηγόρευται. λέγεται δὲ ἦν. χρῶνται δέ τινες τούτῳ τῶν νεωτέρων, οἷον· ἤμην ποτ' ἤμην τῶν σφριγώντων ἐν λόγοις. Item *Moeris* p. 172. ἦν, Ἀττικῶς· ἤμην, Ἑλληνικῶς. Et *Schol. Platon.* p. 56. ed. *Ruhnken.* ἦν ἀντὶ τοῦ ἤμην, Ἀττικῶς. Recte. Nam loci veterum, in quibus ἤμην reperitur, sunt vel corrupti, aut saltem dubii, vt *Sophocl.* Trachinn. 24. vbi Aldus quidem et Steph. ediderunt ἤμην, sed Scholiastes diserte dicit: ἤμην, δασέως. *Eurip.* Helen. 937. quem versum *Etymol. M.* p. 430, 15. ita affert: ἐγὼ δὲ προδότης οὐκ ἤμην τέκνον. Sed hodie in libris Euripidis legitur: ἐγὼ δὲ προδότις οὐκ ἄρ' ἦν φίλων. vbi non ego cum *Piersono* ad *Moeridem* l. l. reponendum putauerim ἤμην pro ἄρ' ἦν. *Sophocl.* Aiac. 688. vbi si *Kusteri* ad *Suid.* T. I. p. 66. correctionem, ἡμῖν pro ἤμην rescribentis, comprobaueris, *Triclinii* interpretamentis facile carebis. Vel sunt eorum scriptorum, qui orationi vellent ornatum quendam atque dignitatem verbis priscis eorumque formis raris conciliare, (v. *Fischer.* de vitiis lexicor. N. T. p. 683.) raro quidem adhibitis. E quo numero sunt *Xenophon* Cyrop. 6, 1, 7. vbi formam ἤμην *Ruhnkenius* ad memm. 1, 4, 19. Atticae ἦν praefert, et *Lysias* p. 287, 4. Satis enim constat, hanc formam antiquissimis temporibus vsitatam fuisse, cum dualis ἤστην in

Homeri atque *Hesiodi* carminibus inueniatur. v. *Fischer.* l. l. Cum vero formam ἥμην dico Alexandrinam, et communem, atque omnibus, etiam vulgo, notam fuisse, praeter grammaticorum auctoritatem has habeo causas. Primo enim quam saepissime extat in versione Alexandrina, vt Nehem. 2, 15. Prov. 8, 30. Dan. 8, 2. Amos. 7, 14. et in N. T. vt Matth. 25, 35. 36. 43. Marc. 14, 49. etc. et in Codice Alexandrino Act. 27, 37. ἥμεθα, quod ipsum *Griesbachius* et *Matthaei* pro ἦμεν ediderunt Matth. 23, 30. Saepissime etiam apud alios scriptores recentiores, vt *Arrianum* (v. *Heupel.* ad Marc. 14, 49.), *Plutarch.* in Conuiuio sept. sapient. c. 1. apophthegmm. T. VIII. opp. p. 86. 101. Lacon. apophth. ibid. p. 210. 216. de Alexandri M. s. virtut. s. fort. orat. I. c. 10. saepius. de exilio c. 15. *Apollon.* de syntaxi p. 309, 31. vbi etiam est συνήμην. *Antiphilum Byzantium* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 169. *Automedontem* ibid. p. 209. nr. VIII. in quibusdam epigrammatibus ἀδεσπότοις ibid. T. III. p. 232. nr. 387. p. 300. nr. 694. v. 1. et 5. p. 313. nr. 741. p. 316. nr. 752. p. 318. nr. II. apud *Achill. Tat.* Erot. 5, 1. *Aesop.* fab. 207. Deinde grammatici forma ista vtuntur ad explicandam formam Atticam, vel Homericam, vt *Schol. Aristoph.* Plut. 77. τὸ ἦ ἄνευ τοῦ ν ἀντὶ τοῦ ἥμην. *Suidas:* ἦ — ἀντὶ τοῦ ἥμην. Et in v. βαΰζων· ἦν ἀντὶ τοῦ ἥμην. Item: παρῆν· παρήμην. ἐνικῶς κατ' Ἀττικούς. *Hesych.* ἦα· ἥμην. Cf. *Phauorin.* in v. ἐφάμην.

θάμνα quid fuerit in plebis sermone, docet *Anatolius*, Iamblichi magister, in Geoponn. 6, 13, 2. ἡ ἐκ τούτων (np. τῶν στεμφύλων) τρὺξ, ἣν ἐπιχωρίως καλοῦσι θάμναν, οὐκ ἀηδὲς πόμα τοῖς ἀγροίκοις γίνεται. Latine *lora* vocatur.

θάτερος et θάτεροι a grammaticis multis damnantur, vt a *Thoma Mag.* p. 120. sq. ἅτερος, οὐ θάτε-

ρος βάρβαρον γάρ, εἰ καὶ Λυκόφρων, καί τινες ἄλλοι τοῦτο γράφουσιν. ὁ ἕτερος γάρ ἐστι, καὶ κατὰ κρᾶσιν ἅτερος. οὐκ ἔχει οὖν χώραν ἐνταῦθα τὸ ϑ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων πτώσεων. ἐκεῖ γὰρ τὸ τοῦ ἄρθρου τ, εἰς ϑ τρέπεται. — ὡσαύτως καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ ἀτέρα, οὐ θατέρα. Auctor libelli de barbarismo, a *Valckenario* post *Ammonium* editi p. 195. κατὰ συναλοιφὴν (sc. γίνεται βαρβαρισμὸς), ὡς Μένανδρος λέγει, Ὁ θάτερος μὲν τοῖν δυοῖν Διοσκόροιν. ἀντὶ τοῦ φάναι, ὁ ἕτερος. ἡ γὰρ τοιαύτη συναλοιφὴ γίνεται ἐπὶ οὐδετέρου ἄρθρου, ὅταν αὐτῷ ἐπιφέρηται ὄνομα ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενον· οἷον, τὸ ἕτερον, λέγω θάτερον· ἐπὶ ἀρσενικοῦ δὲ οὐδαμῶς. *Eustath.* ad Odyss. η, p. 1573, 60. ἰστέον δὲ ὡς κατὰ τοὺς παλαιοὺς οὐ μόνον ἕτερον καὶ ἕτερα, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ θῆτα θάτερον καὶ θάτερα λέγεται τὸ τῶν οὐδετέρων πληθυντικὸν καὶ ἑνικόν. Χρύσιππος δὲ λέγων τὸν θάτερον τῶν Διοσκούρων, ἐσχάτως βαρβαρίζει, ὥς φησι Παυσανίας. Hi igitur omnes barbarismum in forma θάτερος etc. agnoscunt, sed *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1385, 50. rectius forsan Dorismum. Nam postquam ostendit, Doricum pluralem articuli τοὶ esse a singulari τὸς, qui tamen non esset vsitatus, addidit haec: καὶ δῆλον φασὶν ἐκ τοῦ θάτερος, ὅπερ ἴσόν ἐστι τῷ, ὁ ἅτερος, ἵνα ᾖ, τὸ ἅτερος, ἤγουν ὁ εἷς, εἶτα συναλοιφῇ καὶ ἅμα τροπῇ τοῦ ψιλοῦ εἰς δασὺ, θάτερος. λόγῳ δὲ τοιούτῳ καὶ θηλυκὴ εὐθεῖα, τὴ ἑτέρα ἤγουν ἡ μία. καὶ κατὰ συναλοιφὴν καὶ ὁμοίαν τροπὴν, θατέρα ἡ ἑτέρα Δωρικῶς. In eadem sententia est *Schol. Eurip.* Hippol. 894. λέγεται καὶ θάτερος, ἀντὶ τοῦ ὁ ἅτερος· καὶ ἅτερος, ὁ ἕτερος, Δωριστί. Fere eadem habet *Etymol. M.* p. 443, 27. qui tamen lin. 35. θάτερος masculi-

num simpliciter reiicit, vt *Herodianus* in Philetaero p. 432. Iam etsi apud *Lycophronem* v. 590. lectio θάτερος potest incerta videri, quia in cod. Selden. scribitur ἅτερος, et quia v. 1048. ἅτερος est in omnibus libris: tamen cum θάτερος vel a Menandro, cuius orationem non posse purae Graecitatis exemplum aut normam haberi, saepe iam vidimus, vel a Chrysippo, qui gente fuit Cilix, e cuius nationis lingua etiam plura in dialectum Alexandrinam venisse iam supra declaravimus, vsurpatum fuerit, cumque idem nominatiuus, θάτερος et θάτεροι, reperiatur apud alios scriptores recentiores, vt *Hermogenem* de partitionib. sect. 12. p. 74. ed. *Laurent.* item *Iosephum* archaeol. 16, 4, 3. *Clem. Alex.* stromm. 1, p. 274. D. *Berytium* in Geoponn. 14, 20, 2. *Dionys. Halicarn.* archaeol. 1, p. 66, 29. aliosque ab interpretibus *Thomae* l. l. nominatos, non video quid mihi opponi possit, formam illam nominatiui primo ad Doricam, deinde ad Alexandrinam dialectum referenti. — ἅτερος ἅτερον ἀποψύχομεν *Theophylact.* epist. 22. p. 829. extr. T. VIII. opp. *Meursii.*

θερίστριον, h. e. ἱμάτιον θερινὸν, quod etiam θέριστρον vocatur, a nemine grammaticorum veterum damnatum vidi, sed iure, vt videtur, illud suspectum est *Valckenario* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 368. C. qui ab Alexandrinis praesertim id vsurpatum, et hinc ad Iudaeos Graecienses translatum fuisse statuit. *Hieronymo* quaestt. Hebr. in Gen. 24, 65. T. III. opp. p. 140. G. *theristrum* est pallium quoddam, genus etiam nunc Arabici vestimenti, quo mulieres prouinciae illius velantur. Similia idem tradit ad Ies. 3, 21. T. V. opp. p. 19. E. Et valde pretiosa haec pallia fuisse, docet *Myrini* locus in *Brunckii* analectt. T. II. p. 107. nr. II. τὰκ κόκκου βαφθέντα καὶ ὑσγίνοιο θέρι-

στρα. Haec forma, *θέριστρον*, extat etiam in versione Alexandrina, Gen. 24, 65. 38, 14. Cantic. 5, 7. Ies. 3, 21. Sed *θερίστριον* habent *Theocritus* idyll. 15, 69. et *Aristaenetus* epistt. 1, 27.

ἱέρισσα pro ἱέρεια, partim eodem modo formatum est, quo *βασίλισσα*, partim non nisi apud recentiores scriptores legitur, qualis est v. c. *Epiphanius* haeres. 79.

καλαμαία cum ab antiquioribus adiectiue positum fuerit, vt a *Theocrito* idyll. 10, 18. deinde substantiue dixit vulgaris consuetudo pro *καλάμη*. *Eustath.* ad Iliad. τ, 222. *καλεῖ τὴν καλάμην ὁ πολὺς ἄνθρωπος καλαμαίαν, ὡς καὶ ἡ σελήνη, σεληναία λέγεται.* Cf. quae idem ad Odyss. ξ, p. 1758, 55. de pluribus talibus exposuit, vt *μέλισσα μελισσαία* etc. *Schol. Theocrit.* ad idyll. 1, 52. *δι' ἀνθερίκων, ἀντὶ τοῦ διὰ καλάμης, ἣν οἱ κοινοὶ καλαμαίαν φασί.*

καμμύειν pro *καταμύειν* *Phrynichus* p. 150. ait pessime dixisse *Alexidem*. Iam Alexidem quidem, vtpote poetam, hac forma contracta recte vti potuisse, dudum ostendit *Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Dian. 95. et eadem licentia *Antiphanes* vsus est apud *Athenae.* 10, p. 446. A. Sed in eo tamen vera praecepisse *Phrynichum* puto, quod barbariem esse iudicauit, si quis in istius formae vsu poetas ita imitaretur, vt eam etiam in oratione pedestri poneret, quod factum videmus ab Alexandrinis Iudaeis Ies. 6, 10. 29, 10. 33, 15. Thren. 3, 44. a *Philone*, cuius locum habet *Alberti* obss. philolog. in N. T. p. 97. a *Matthaeo* 13, 15. a *Luca* Act. 28, 27. et *Hierocle* facet. 10. Nam primo forma illa fuit Dorica vel Aeolica (v. *Maittaire* p. 334. sq.), qua boni scriptores extra poesin nunquam vsi sunt. Certe *Xenophon* cyneget. 5, 11. scripsit *καταμύειν*. qualia exempla plura collegit *Alberti* l. l. Quin poetae quoque, v. c.

Hedylus apud *Athenae.* 8, p. 345. A. quanquam alias non omnino puritatis studiosus, formam contractam, quantum potuit, fugerunt. Deinde grammatici veteres, vt *Hesych. Suid. Phauorinus*, verbo καμμύειν, tanquam vulgari et omnibus noto, explicarunt verbum simplex. Vnde etiam apud *Xenoph.* Cyrop. 8, 3, 12. pro μύων in Codice Altorfino extat καμμύων. Pauca praeter haec, quae dudum scripseram, annotauit *Fischer.* de vitiis lexicor. N. T. p. 679.

κάρταλλος, *corbis*, vel *cauea*, i. q. κλωβὸς, vix vsquam legitur nisi in versione Alexandrina, vt Deut. 26, 2. 4. 4 Reg. 10, 7. Sirac. 11, 30. v. omnino interpp. *Hesychii* in v. κάρταλον, et *Biel.*

κατάνδρα, *enumeratio viritim facta, series hominum*, extat in Charta Borgiana 1, 1.

καταπορεύεσθαι pro κατέρχεσθαι, *ex exilio redire in patriam*, in Inscriptione Rosetana lin. 19. sq. sic legitur, vt synonymum sit huius ipsius verbi κατέρχεσθαι, prorsus vt 2 Maccab. 11, 29. 30. Similiter apud *Polyb.* 4, 17. 23, 2. 29, 8. et saepius. v. *Villoison* seconde lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette; in *Millini* Magasin encyclopéd. No. 6. An XI. p. 199. et 200.

καταχωρίζειν, *transscribere, in album referre, enregistrer.* Esth. 2, 25. καταχωρίσαι (all. per glossema legunt καταγράψαι) εἰς μνημόσυνον. 1 Paral. 27, 24. οὐ κατεχωρίσθη ὁ ἀριθμὸς ἐν βιβλίῳ. 3 Macc. 2, 29. καταχωρίσαι εἰς τὴν προσυνεσταλμένην αὐθεντίαν. vbi *Grotius* explicat: *relatos in matriculam — in album proprium referri, seorsim ab illis qui accensebantur. Strabo* 1, p. 16. B. Ὅμηρον καταχωρίσαι εἰς τὴν ποίησιν, *carminibus suis inseruisse.* Ita et *Casaubonus* emendauerat vitiosum καταχωρῆσαι, et exhibet Codex Vaticanus. Decretum ciuitatum Hermion. et Asin. in *Gorii* inscriptt. Donian. class.

IV. Florent. 1731. fol. p. 137. lin. 23. 24. τοὺς δὲ νομογράφους καταχωρίσαι τοῦτο δόγμα. Pro quo lin. 27. 28. est ἀναγράψαι δόγμα. Haec fere omnia debeo diligentiae *Villoisoni*. v. eius troisième lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette; in *Millini* Mag. encyclop. No. 7. an XI. p. 318. sq. Nam etiam in Inscriptione ista sic legitur lin. 51.

κάττα et κάττος. *Euagrius* 6, 24. αἴλουρον, ἣν κάτταν ἡ συνήθεια λέγει. *Schol. Callimach.* h. in Cer. 111. τὰν αἴλουρον· τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κάττον. Quae cum conueniant cum Latinis *catta* et *cattus* s. *catus*, non huc retulissem, nisi vidissem dubitari posse, annon haec relicta essent ex antiquissima Hellenum lingua. v. *Seru.* ad *Virgil.* Aen. 1, 423. et *Donat.* ad *Terent.* Andr. 5, 2, 14. Cf. infra σπήλυγξ.

κλίβανος, v. κρίβανος.

κολίανδρον quid sit, et cur recte huc referendum videatur, apparet ex his *Schol. Aristoph.* ad Equitt. 673. verbis: κορίαννον, εἶδος βοτάνης, τὸ νῦν κολίανδρον. Fluxit hoc haud dubie e dialecto Dorica, vt mox in v. κρίβανος patebit. Legitur autem κολίανδρον in Geoponicis 12, 1, 2. et ex *Apsyrto* ibid. 16, 4, 5. *Simonem Sethi* addidit *Niclas*.

κονίειν siue κονίζειν, vbi simpliciter pro χρίειν dictum fuit, non tulit Graecae linguae puritas. *Schol. Theocrit.* ad idyll. 1, 27. κεκλυσμένον, ἤγουν λελουμένον, κεχρισμένον, ὃ κεκονισμένον οἱ κοινοί φασιν. Deinde ad v. 30. vbi poeta κεκονισμένος dixit, adscripsit haec: ἐνταῦθα τὸ κεκονισμένος ἴσως ἀντὶ τοῦ κεχρισμένος ἁπλῶς.

κράββατος pro σκίμπους, vno fere ore improbandum indicatur a grammaticis, vt a *Phrynicho* p. 20. *Thoma Magistro* p. 799. *Phauorino* in v. λέχος, *Eustathio* ad Odyss. ψ, p. 1944, 19. etiam *Polluce* 10, 35. Cf. *Schol. Aristoph.* ad Nubb.

253. Neque ego dubito, quin *Salmasius* de hellenist. p. 65. recte illud pro Macedonico habuerit. Quanquam enim, quod ego quidem sciam, non legitur in versione Alexandrina, tamen praeter *Critonem* et *Rhinthonem*, quos *Pollux* l. l. eius auctores laudauit, scriptores tantum recentiores eo vsi sunt. Et *Kypkius* quidem obss. in N. T. Vol. I. p. 154. vnum modo locum ex *Arriani* dissertt. Epictet. attulit. Addo *Scholiasten Euripidis*, qui ad Hippol. 977. ter posuit hoc vocabulum, et libros N. T. in quibus plus semel legitur, vt Marc. 2, 9. qui locus cum *Triphyllio*, Ledrensium episcopo, laudandus pro concione esset, pro κράββατον dixisse narratur σκίμποδα. v. *Sozomen.* hist. eccl. 1, 11. Atque hoc idem in eodem Marci loco laudando fecisse deprehenditur *Clemens Alex.* paedag. 1, 2. p. 81. B. Vnde vocabuli vilitas patere potest cuique. Alios auctores habet *du Fresne* in glossario med. et inf. Graecitatis. Praeterea *Hesychius* nomine κράββατος interpretatur nomina κλίνη, et κλινίδιον, et σκίμπους, et χάλανδρος. Sic idem habet: λέκτρα· κραββάτια. Et *Suidas*: κλίνη (potius κλινίδιον)· τὸ κραββάτιον. it. σκίμπους· κράβατος. Caeterum *Kuhnius* ad *Poll.* l.l. nomen κράββατος ex Hebraico קָרַב deriuat.

κρίβανος dicendum est, auctoribus *Thoma Magistro* p. 554. et *Phrynicho* p. 76. non κλίβανος. Scilicet non plane reiici debet haec altera forma, sed non Attica putari. id quod docemur per haec *Athenaei* 3, p. 110. C. verba: οἶδα δὲ ὅτι Ἀττικοὶ μὲν διὰ τοῦ ρ στοιχείου λέγουσι κρίβανον καὶ κριβανίτην· Ἡρόδοτος δ᾽ ἐν δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν (cap. 92.) ἔφη, κλιβάνῳ διαφανεῖ. καὶ ὁ Σώφρων δὲ ἔφη, τίς σταιτίνας, ἢ κλιβανίτας, ἡμιάρτια πέσσει; Eadem forma vocabuli per λ, etiam a *Sopatro* adhibita legitur apud eun-

dem *Athenaeum* 14, p. 656. F. et a *Strabone* 16, p. 754. A. item Gen. 15, 17. Leuit. 2, 4. 26, 26. et saepius, et Matth. 6, 30. et κλιβανίτης ἄρτος apud *Florentinum* in Geoponn. 2, 33, 5. 2, 47, 10. Alia recentiorum testimonia habet *du Fresne* l. l. Nimirum etiam haec forma ad Alexandrinos migrauit a Doriensibus. id quod partim ex *Athenaei* verbis supra positis intelligitur, partim manifestum est ex *Etymologo M.* p. 538, 19. οἱ Δωριεῖς κλίβανον λέγουσι. Quam vulgare autem hoc et omnibus notum fuerit, recte colligas inde, quod *Hesychius* nomine κλίβανος vtitur ad nomina ἰπνὸς et πνιγεὺς interpretanda, et quod quatuor codices *Diodori Siculi* 2, 49. κλιβάνων pro κριβάνων exhibent.

λαγωὸς reiicitur a *Phrynicho* p. 78. qui, λαγὼς, inquit, ὁ Ἀττικὸς, διὰ δὲ τοῦ Ο ὁ Ἴων. τὸ λαγωὸς δὲ οὐκ ἔστιν. Iam quanquam haec forma non improbari videtur ab *Athenaeo* 9, p. 400. C. τὸ λαγωὸν, (np. apud *Homer.* Il. χ, 310.) εἰ μὲν ἐστὶν Ἰωνικὸν, πλεονάζει τὸ ω· εἰ δ' Ἀττικὸν, τὸ ο. quae verba paululum mutata repetit *Eustath.* ad Odyss. ε, p. 1534, 19. et ρ, p. 1821, 23. et *Phauorinus:* tamen ego cum *Phrynicho* facio. Nam λαγωὸς in nullo scriptore idoneo reperitur, quanquam illud per librariorum inscitiam in duo *Xenophontis* locos irrepsisse in Lexico Xenophonteo docui, saepe vero in recentioribus ac minus pura Graecitate vsis, vt *Callimacho* h. in Dian. 95. et 155. et epigr. 33, 1. *Antiphilo* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 175. nr. XXIII. *Isidoro Aegeata* ibid. p. 473. nr. I. v. 3. et 6. in ἀδεσπότοις epigrammatibus multis, vt T. III. p. 144. nr. XI. p. 239. nr. CCCCXVII. p. 288. nr. DCXLVII. *Plutarcho* Lacon. apophthegm. T. VIII. ed. *Hutten.* p. 200. 228. *Hermete* apud *Stobaeum* eclog. phys. c. 52. p. 1074. *Schol. Ni-*

candr. ad theriaca p. 22. 53. et ad alexipharmaca p. 54. 64. 69. *Didymo* in Geoponn. 15, 14, 9. Liceat hic obiter notare *Leonidae Tarentini* in *Brunckii* analectt. T. I. inconstantiam. Nam p. 223. nr. XII. dixit λαγωοβόλον, p. 224. nr. XVII. λαγόθηρα, et p. 228. nr. XXXI. τὰ λαγωβόλα. quae varietas fortassis metri necessitati tribuenda videatur. In versione Alexandrina extat λαγωὸς, et quidem in codice Alexandrino, Ps. 103, 18. Atque hanc veram esse Iudaeorum Alexandrinorum versionem, diserte docuit *Hieronymus* in epistola ad Suniam et Fretelam, T. III. opp. p. 61. H. Omnino de huius nominis scriptura v. *Oudendorp.* ad *Thom. Mag.* p. 564. Caeterum si genuina est lectio in *Cyrilli* Lexico MS. a *Bernardo* ibidem allato: τὸ δὲ λαγωὸς Λακώνων ἐστὶν, hoc ipsum reponendum putem in *Phrynicho* pro τὸ λαγωὸς δὲ οὐκ ἔστιν, et rursus appareat, formae istius fontem esse Doricam dialectum.

λουτρὼν et

λυτρὼν, pro ἀπόπατος siue κοπρὼν, barbara a *Suida* vocari iam in v. ἀφεδρὼν vidimus. Legitur 4 Reg. 10, 27. in Cod. Vatic. λυτρῶνα, in Cod. Alex. λυτρῶνας, in Ald. λουτρῶνα, in Complut. κοπρῶνα. In glossis ad h. l. exponitur per ἀφεδρῶνα. Alias λουτρὼν est *balneum.*

μαγειρεῖον damnant *Phrynichus* p. 120. et *Thomas Mag.* p. 591. Quibuscum si contuleris locum *Pollucis* 6, 13. vbi μαγειρεῖον et ὀπτανεῖον tanquam synonyma sine vlla nota ponuntur, videri possint male egisse Atticistae. At haud dubie vera praeceperunt. Nam ea tantum notione, qua ipsam *culinam* significat, reiectum ab iis arbitror istud vocabulum: quare nec locus *Pollucis*, vbi paulo diligentius consideraueris, ad eos confutandos referri potest, quippe cuius haec mens est, pro

μαγέιρεῖον dicendum esse ὀπτανεῖον, id quod satis docet alius *Pollucis* locus 1, 80. ὀπτανεῖον τὸ μαγειρεῖον ἐρεῖς. Athenis enim μαγειρεῖον significauit *locum quendam vnde coqui conducebantur, forum coquinum.* v. *Poll.* 9, 48. Sic nec *Theophrasti* locum (charactt. 6, 4.) puto recte opponi Atticismi magistris posse, quia Theophrastus ipse in idoneis purae Graecitatis auctoribus haberi nequit, et quia vix dubium esse potest, quin ibi significentur *popinae*, h. e. loca in quibus cocta venduntur, non loca vbi coquuntur opsonia. *Philoni* autem, apud quem et ipsum *culinae* notione subiecta legi docuit ad *Thomam Sallierius*, facile inhaerere potuisse apparet ex assidua versionis Alexandrinae lectione, in qua sic legitur μαγειρεῖον Ezech. 46, 23. Praeterea multi grammatici eo interpretati reperiuntur vocabula Attica, vt *Schol. Aristoph.* Plut. 816. *Harpocration, Suid.* et *Hesych.* nomen ἰπνὸς, *Schol. Aristoph.* Equitt. 1030. Pac. 891. *Etymol. M.* p. 629, 8. *Suid.* et *Hesych.* nomen ὀπτάνιον siue ὀπτανεῖον, *Hesychius* nomina πούρδαιον, πύρδαλον et πυρδδαίσιον, quorum primum ille dicit Laconicum esse.

μαγείρισσα, quod 1 Reg. 8, 13. reperitur, huc retuli, quia eodem modo formatum est, quo διακόνισσα.

μανδύας siue

μανδύη, quod *Hesychio* aliisque est εἶδος ἱματίου Περσῶν πολεμικὸν, iam a *Sopingio* ad *Hesych.* in v. βιῤῥὸξ vocatur vox Macedonica. Neque video, quid huic sententiae possit opponi. Nam supra saepissime vidimus vocabula Persica in dialectum Macedonicam et Alexandrinam migrasse, et saepe nomen, de quo agimus, legitur in versione Alexandrina, vt Iud. 5, 16. 1 Reg. 17, 38.

M 2

39. vbi Complut. habet θώρακος pro μανδύου. 2 Reg. 10, 4. aliisque post Alexandrum M. scriptoribus, vt *Dione Cassio* 67, 8. 71, 35. 72, 21. *Artemidoro* 2, 3. nunquam vero in antiquis. v. omnino interpp. *Hesychii*, it. *Reiff.* ad *Artemidor.* l. l. et *Biel* in nouo thesauro philolog. et quos laudant, inprimis *du Fresne* Glossar. med. et inf. Graecitatis.

μανιάκης pro στρεπτὸς, siue a Dorico μάνος s. μάννος (v. *Poll.* 5, 99.), siue a Latino *manus* deriuandum censeas, siue cum *Polybio* 2, 31. a Gallis repetendum ducas, siue cum *Bocharto* P. II. Geograph. sacr. 1, 42. e Chaldaico מניכא ortum, certe nouum est vocabulum et Alexandrinae dialecto vindicandum. Legitur enim non nisi apud recentiores, vt *Polyb.* 2, 29. et 31. interpretes Alexandrinos, vt Dan. 5, 7. 16. 29. it. 3 Esr. 3, 6. *Plutarch.* in Cimone c. 9. vbi tamen memorat ψέλλια χρυσᾶ, καὶ μανιάκας, καὶ στρεπτοὺς, ita vt haec vltima vel grammatici alicuius glossema, vel ipsius *Plutarchi* interpretamentum videri possint. Vtuntur eodem nomine grammatici ad explicanda vocabula Graeca, vt *Hesychius:* μηνίσκοι· — μανιάκια, περιδέραια. it. ὁρμίσκοι· — μανιάκης, ἡ περιδέραια. it. κλοιός· — κολλάριον, ἤτοι μανιάκης. *Schol. Theocrit.* idyll. 11, 40. μάννος δέ ἐστιν ὁ περιτραχήλιος κόσμος, τὸ λεγόμενον μαννάκιον. Hoc μαννάκιον vix apud alium quenquam reperias, et fortassis mutandum putes in μανιάκιον, quod etiam *Phavorinus* habet, et exponit τὸ τοῦ ἱματίου περιστόμιον. Cf. *Scheffer.* de antiquorum torquibus, cum notis *Ioh. Nicolai,* Hamb. 1707. 8. p. 22 — 24.

μεγιστᾶνες, *proceres. Phrynichus* p. 84. testatur, *Antiochum* Sophistam hoc vocabulo vsum esse, secutum fortassis ea in re *Menandrum*, dici

vero debere *μέγα δυνάμενοι*. *Thomas Mag.* p. 602. μεγιστᾶνες, ἀδόκιμον. σὺ οὖν μέγα δυνάμενοι λέγε. *Salmasius* de hellenistica p. 104. illud ait Macedonicum esse, propterea quod non habeat analogiam aut terminationem Graecam, certe non exemplum suppetere ostendit vocabuli sic Graece formati. At vir summus, nisi putandus est de solo superlatiuo dixisse, quod diserte *Pauw* ad *Phrynichum* fecit, haud dubie humanum quid passus est. Neque enim desunt talis formae exempla. Sic *Etymol. M.* p. 599, 14. et *Phauorinus* in v. νεανίας· παρὰ τὸ νέος γίνεται νεὰν, ὡς μέγιστος μεγιστάν. Et *Stephanus Byzantinus* in v. Αἰνία· τὸ ἐθνικὸν Αἰνιὰν, — ὡς μέγιστος μεγιστάν. Quae ipsa et plura habet *Eustath.* ad Il. β, p. 335, 14. Sic recte et bene dicitur Ἀκαρνὰν, Ἀλκμὰν (v. *Suid.* in v. νεᾶνις) et similia. Huc etiam refero, quae *Apollonius Dyscolus* in grammatica sua scripsit (v. *Vossii* ex ea excerpta ad calcem libri Maittairiani de Graecae linguae dialectis p. 571.): ἔστιν οὖν τρισμέγιστος, καὶ παρὰ τοῦτο μεγιστὰν, ξυνός τε καὶ ξυνάν. ἔφαμεν δὲ ἐν ἑτέροις καὶ παρὰ τὸ νέος, νεὰν, — ἀφ' οὗ τὸ νεανίσκος καὶ νεανίας. καὶ παρὰ τὸ ἔτης οὖν γενήσεται τὸ ἐτὰν etc. Ita ego quidem legendum putabam. v. quae ibi notaui. Cf. *Etymol. M.* p. 825, 13. vbi scribitur ἐτᾶν et μεγιστᾶν, item *Phauorin.* in v. ὠτὰν, qui, vt *Suidas* in v. ὦ τὰν, quem exscripsit, vocatiuum nominis ἔτης dici docet ἔτα, et Dorice ἔταν. Quamuis autem ob eam causam, quam *Salmasius* attulit, negem hoc nomen posse Macedonicum appellari, tamen illud ad dialectum Macedonicam vel Alexandrinam referre ideo non dubito, quia et a recentioribus tantum scriptoribus, vt *Artemidoro* 1, 2. 3, 9. et 13. Anonymo apud *Etymol. M.* p. 311,

28. *Iosepho* archaeol. 11, 3, 2. 20, 2, 3. et de vita sua §. 23. et 31. *Tzetza* chill. 3, 424. aliisque ab *Alberto* ad *Hesych.* laudatis, etiam Latinis, quorum locos *Brissonius* de regio Persarum principatu 1, 209. et *Freinshemius* ad *Curt.* 5, 13, 3. collegerunt, et ab Alexandrinis interpretibus, vt 2 Paral. 36, 18. et a scriptoribus N. T. vt Marc. 6, 21. vbi *Heupelius* conferendus est, adhibitum reperitur. Scilicet proprie quidem indicasse videtur proceres et primores Persarum. Iam vero vocabula Graeca multa ex Oriente petita esse, inprimis post Alexandri Magni tempora, satis constat. Vt enim taceam vocabula notissima, ἀγγαρεύειν, γάζα, μάγος, παράδεισος, et alia, afferendum putaui aliud eius generis minus notum, verbis *Eustathii* ad Odyss. α, p. 1403, 40. ἐκ τοῦ αὐτοῦ ῥήματος (ἔδειν), καὶ ὁ παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ ἐδέατρος. περὶ οὗ λέγει ἐκεῖνος, ὅτι τὸ μὲν ὄνομα, Ἑλληνικόν· ἡ δὲ χρεία, Περσική. ἦν δὲ, φησὶ, προγεύστης, προεσθίων τοῦ βασιλέως, εἰς ἀσφάλειαν. ὕστερον δὲ ἐνομίσθη, ἐδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς. Cf. *Athenae.* 4, p. 171. B. ibique *Schweighäuser.* Vol. II. animaduerss. p. 611. sq. et *Etymol. M.* p. 315, 37. Eodem igitur modo nomen μεγιστᾶνες arbitror recte dici Graecum quidem vocabulum esse, si terminationem et formam spectes, sed recens inuentum ad designandam notionem aliquam peregrinam, ac semel in dialectum Macedonicam et Alexandrinam receptum sensim de aliis quoque, praeter Persicos, magnatibus dici solere.

μέλεσθαι cum datiuo rei, pro *studere, operam dare,* vix dubito quin recte huc referatur. Forma enim verbi est antiquissima, sed hic eius vsus recens. Sic in *Orphicis* argonaut. 379. δικασπολίῃ μέλεται καὶ ἀκεύμασι. *Dionys.* pe-

rieg. 1945. νηπίαχοι τόξοισι καὶ ἱπποσύνῃσι μέλονται.

μεσάζειν, a nemine damnatum, tamen in nullo scriptore idoneo inueni. Extat saepissime apud recentiores, vt *Diodorum Siculum* 1, 32. πᾶς ὁ μεσάζων τόπος. vbi alii legunt νησίζων. *Apollonium Alexandrinum* de syntaxi p. 267, 14. *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1389, 38. ὁ μῦθος περί που τὴν Δελφικὴν χώραν λέγει μεσάζεσθαι. p. 1390, 9. ὁ ὀμφαλὸς μεσάζει τὰ ζῶα. *Schol. Euripid.* Med. 60. οὐ μόνον οὐ λήγει, ἀλλ' οὐδὲ μεσάζει. *Phauorin.* et Etymol. ineditum apud *Bielium* in nouo thesauro philolog. in v. μεσίτης, et Sapient. 18, 14. Locos Byzantinorum scriptorum, qui huic verbo etiam aliam notionem subiecerunt, magno numero collegit *du Fresne* in Glossario mediae et infimae Graecitatis.

μεσοπορεῖν vt *Menandri* verbum reiicit *Phrynichus* p. 182. Ex illius igitur comoediis transiisse videtur in linguam vulgarem. Praeter *Siracidem* enim 34, 21. vbi *Lamb. Bos* male seruauit μεσοπωρῶν pro μεσοπορῶν, vtuntur eo *Diodorus Siculus* 18, 34. *Appianus* bell. civ. 2, 88. *Theophrastus* charactt. 25, 1. vbi pro μεσοπορεῖ *Reiskio* rescribendum videbatur χερσοπορεῖ.

μετένταλμα quid significet, patet e verbis Imp. *Zenonis*, in Cod. Iustin. lib. 2. tit. 13. l. 27. vbi saepe legitur, semel autem explicatur per *translationem mandati.* Eandem legem Graece e Basilicis posuit et interpretatus est *Cuiacius* Obss. 13, 5.

μετριάζειν auctore *Phrynicho* p. 188. apud veteres et bonos scriptores significabat τὸ τὰ συμβαίνοντα μετρίως φέρειν, sed *Menander* dixit pro ἀσθενεῖν. quam ipsam notam lexico suo inseruit *Phauorinus.* Vera autem Phrynichum praecepisse, cum hoc verbum, vbi pro *aegrotare* di-

ctum reperitur, improbaret, manifestum est. Nunquam enim sic legitur, nisi in versione Alexandrina, Nehem. 2, 2., vbi pro μετριάζων in edit. Complut. est ἀῤῥωστῶν, atque apud alios scriptores recentiores, qualis est auctor carminis de effectis plantarum, Deo alicui sacrarum, quod extat in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. II. p. 630—660. edit. 1. in quo μετριάζοντες statim v. 3. sunt *aegroti*. v. ibi *Fabric.* p. 632. sq. qui de omnibus verbi notionibus dilucide exposuit.

μήποτε saepissime apud scholiastas aliosque veterum scriptorum interpretes, vbi ostendere volunt, locum aliquem etiam aliter posse explicari, sic legitur, vt fere idem sit quod ἴσως, *fortasse*. Exempla vbique sunt obuia. Quare pauca attuli. Et primum quidem, quod *Aegyptiorum codicum reliquiae Venetiis in bibliotheca Naniana asservatae*, et ab *Ioh. Aloys. Mingarellio* Bononiae 1785. fol. editae, p. XCVI. suppeditant, ideo quia hic liber partim in paucorum nostratium manibus est, partim vsum istum Aegyptiis atque adeo Alexandrinis frequentatum fuisse declarat, quanquam ibi de re grammatica non agitur. *Mingarellius* p. C. notauit, particulam μήποτε ab *Origene*, *Didymo*, aliisque accipi pro *fortasse*. Sic *Athenae.* 1, p. 11. E. ἄριστον μέν ἐστι, τὸ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβανόμενον· δεῖπνον δὲ, τὸ μεσημβρινὸν — μήποτε δὲ καὶ συνωνυμεῖ τὸ ἄριστον τῷ δείπνῳ. v. *Casaub.* ad h. l. et *Schweighäuser.* T. I. animaduerss. p. 107. sq. Idem *Athenaeus* 13, p. 586. E. μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας, Ἄντειαν. *Eustath.* ad Odyss. η, p. 1571, 15. In versione Alexandrina similiter est Gen. 24, 5. μήποτε οὐ βούληται. vbi Cod. Alex. βούλεται. 50, 15. μήποτε μνησικακήσῃ. vbi all. μνησικακήσει. Iud. 3, 24. aliisque in locis. Et in libris N. T. Matth. 25, 9. etc. Item apud *M. Anto-*

ninum Imp. 4, 24. et *Theophylactum*, Bulgariae episcopum, in epistolis p. 937. T. VIII. opp. *Meursii*.

μιλιᾶν, *columnis miliaribus distinguere viam.* Ita bene explicatur in Glossario Polybiano, additis tribus *Polybii* locis 34, 11, 8. 3, 39, 8. 34, 12, 3. Quare *Strabo* 6, p. 285. A. Πολύβιος, inquit, ἀπὸ τῆς Ἰαπυγίας μεμιλιᾶσθαί φησι. Idem p. 266. A. τὰ διαστήματα dicit διῃρημένα μιλιασμῷ. Patet autem, haec et nomen μίλιον, quo saepissime *Strabo* aliique recentiores vtuntur, origine esse Latina.

νοσσὸς et νοσσίον *Phrynichus* p. 88. ἀδόκιμα vocat, et pro iis dici iubet νεοττὸς ac νεοττίον. Quod eius praeceptum, si ex vsu scriptorum iudicare licet, ita verum putandum est, vt etiam apud *Thomam Magistrum* p. 626. pro νεοσσὸς et νεοσσίον et νεοσσία, quibus ille vti vetat elegantiae studiosos, e codicibus Leidensibus reponendum sit νοσσὸς et νοσσίον et νοσσιὰ, etiam *Fischero* iudice de vitiis lexicor. N. T. p. 677. Etsi enim non nego, νοσσάδας ὄρνεις legi in *Stesichori* vel *Ibyci* fragmentis (v. *Alberti* l. l. ad Matth. 23, 37.), quibus addi potest *Panyasis* apud *Athenaeum* 4, p. 172. D. vbi illi quoque memorantur: tamen hi neque gente, neque dictione Attici fuerunt. Eadem est *Herodoti* ratio, apud quem 1, 159. legitur νενοσσευμένα. Accedit quod νοσσοὶ et νοσσιὰ extant Leuit. 12, 8. Deut. 22, 6. 32, 11. νοσσιὰ Luc. 13, 34. Ps. 83, 3. τὰ νοσσία Ps. 83, 3. Matth. 23, 37. ἐνόσσευσαν Ezech. 31, 6. et quod etiam alii recentiores vsi reperiuntur forma horum nominum improbata, vt *Archias* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 99. n. XXVI. habet νοσσοτροφεῖν, *Antipater Thessalonicensis* ibid. p. 117. n. XXXII. νοσσὶς, *Iosephus* archaeol. 5, 8, 6. νενοσσευκότων, et *Scho-*

lia ad *Nicandri* theriaca p. 22. ἡ νοσσιά. Caeterum, ne quid dissimulem, *Ammonius* in v. Φωλεὸς p. 145. praecepit haec: ἐπὶ τῶν ὀρνέων, (ῥητέον) τὸ νοσσεύειν. ὁ γοῦν λέγων νοσσιὰν τῶν τέκνων, ἀκυρολογεῖ. τέκνα μὲν γὰρ, ἀνθρώπων· νοσσοὶ δ' ὀρνίθων. Fortassis grammaticus tangere voluit *Platonem* lib. 8. de rep. T. II. opp. p. 548. A. vbi νεοττιὰς de cubiculis liberorum positas videmus, et fortassis ille in codice suo inuenerat νοσσιάς.

νυχθήμερον, praeter Paulum 2 Corinth. 11, 25. legitur tantum in libris recentiorum, e quibus lexicographi *Procli* et *Alexandri Aphrodisiensis* verba posuerunt. Addo locos Geoponicorum, vt 5, 8, 8. et 12, 19, 18. e *Quintiliis*, 9, 25, 6. e *Tarentino*.

ὀπτάνια ex more Alexandrinorum de cremiis vel sarmentis ad assandum igni iniectis usurpatum videri a *Manethone* apud *Ioseph.* contra Apion. 1, 26. fere extr. ostendit *Hemsterhusius* ad *Thom. Mag.* p. 592.

ὀρθρινὸς, inquit *Phrynichus* p. 16. οὐκ, ἀλλ' ὄρθριος. Et *Thomas* p. 656. ὄρθριος, οὐκ ὀρθρινός. Habent autem ὀρθρινὸς *Posidippus* apud *Athenae.* 13, p. 596. D. *Antipater Sidonius* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 12. n. XXVI. *Meleager* ibid. T. I. p. 22. n. LXXIII. p. 26. n. XCI. p. 52. n. CXII. *Phaedimus* ibid. T. I. p. 262. n. IV. Interpretes Alexandrini Hos. 6, 5. Cf. Sapient. 11, 22. et Apoc. 22, 16. Ex horum scriptorum vsu diiudicari iam poterit praecepti grammaticorum veritas.

ὄφελον, quod ab *Homero* aliisque antiquis scriptoribus tanquam verbum ponitur, a recentioribus dicitur pro aduerbio, ita vt idem sit quod εἴθε. Atque sic construitur semper cum optatiuo, vel

cum praeterito, auctoribus *Schol. Sophocl.* ad Aiac. 1211. et *Thoma Magistro* p. 665. Cum optatiuo legitur Ps. 118, 5. cum indicatiuo autem praeteriti in *Aquilae* versione Iob. 16, 4. it. 1 Corinth. 4, 8. 2 Corinth. 11, 1. Eodem modo *Callimachum* (epigr. 18, 1.) ὤφελε pro aduerbio dixisse, notarunt iam veteres grammatici, vt *Etymol. M.* p. 643, 45. Cum indicatiuo futuri est ὄφελον Galat. 5, 12. v. omnino *Pierson.* ad *Moer.* p. 286. et *Fischer.* ad *Weller.* grammat. Graec. Spec. III. P. I. p. 148.

ὀψινὸς, inquit *Phrynichus* p. 16. ὁμοίως τῷ ὀρθρινὸς τοῦτο ἁμάρτημα. χρὴ οὖν ἄνευ τοῦ ν λέγειν ὄψιος, ὡς ὄρθριος. *Thom. Mag.* p. 668. ὄψιος, οὐκ ὀψινός. Sane ὀψινὸς non reperi nisi apud hominem Alexandrinum, *Apollonium Dyscolum* de syntaxi p. 189, 29. et p. 190, 5.

ὀψώνιον et ὀψωνιασμὸς, de *stipendio militari*, annumerat *Phrynichus* p. 184. adulterinis illis, quibus *Menander* vsus sit, vocabulis. Et profecto hic eorum vsus vix aliorum quam seriorum scriptorum auctoritate sustentari poterit. Certe *Seberus* ad *Pollucem* 6, 38. vbi haec leguntur: παμπόνηρον Μενάνδρου ὁ ὀψωνιασμὸς, huius vocabuli non potuit alia exempla afferre, nisi e *Polybio*, qui etiam 23, 8, 4. habet verbum ὀψωνιάζεσθαι, et *Dionysio Halicarnassensi*. Ὀψώνια autem de stipendiis leguntur non solum apud eundem *Polybium* 1, 67, 1. etc. sed etiam 1 Maccab. 3, 28. 14, 32. 3 Esr. 4, 56. Luc. 3, 14. 1 Corinth. 9, 7. quibus addendi sunt, quos *du Fresne* laudauit.

πάντοτε μὴ λέγε, inquit *Phrynichus* p. 38. ἀλλ' ἑκάστοτε καὶ διαπαντός. Et *Thomas Mag.* p. 678. πάντοτε οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν, ἑκάστοτε δέ. Consentiunt *Moeris* p. 319. et *Suidas* in v.

ἑκάστοτε. Iam etsi *Trillerus* ad istum *Thomae* locum affert *Herodiani*, *Plutarchi*, *Athenaei* auctoritates, quibus aduerbii πάντοτε probitatem demonstret: tamen ille de vanitate grammaticorum persuadere mihi non magis potuit, quam *Kypkius*, qui Obss. in N. Test. T. I. p. 303. collegit locos ex *Achille Tatio*, *Dionysio Halicarnassensi*, *Iosepho*, et *Diogene Laertio*. Primo enim hi scriptores omnes sunt aetatis recentioris, quales cum addere permultos possem, saltem paucos nominandos putaui, vt *Lucillium* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 331. n. LXXI. p. 341. n. CXIV. *Lucianum* ibid. p. 313. n. XXVII. *Marinum* ibid. p. 446. *Leonidam Tarentinum* ibid. T. I. p. 231. n. XLIV. p. 232. n. XLVI. Poetas anonymos ibid. T. III. p. 24. n. XXXI. p. 306. n. DCCXVI. *Schol. Apollon.* 1, 855. 1351. 2, 276. 3, 40. 4, 57. *Schol. Eurip.* ad Hecub. 1257. et ad Hippolyt. 73. Deinde saepissime πάντοτε extat in scriptorum Aegyptiorum libris, vt *Ptolemaei* tetrabiblo p. 46. 48. 58. 102. 104. 129. 132. 174. *Clementis Alexandrini* paedagog. 2, 10. p. 194. C. 3, 5. p. 232. B. stromm. 2, p. 421. A. 5, p. 590. B. 6, p. 693. B. 7, p. 702. B. p. 729. D. p. 752. A. p. 746. B. *Palladae Alexandrini* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 408. n. X. p. 431. n. CXVII. *Apollonii* de syntaxi p. 28, 4. p. 43, 30. p. 130, 20. p. 143, 17. p. 153, 2. p. 173, 2. p. 316, 8. p. 326, 2. qui idem saepe habet ἀπάντοτε, vt p. 142, 9. p. 152, 28. p. 160, 24. p. 161, 4. p. 164, 4. p. 189, 18. p. 199, 26. p. 215, 25. p. 237, 27. p. 258, 6. p. 260, 17. p. 268, 25. 30. p. 331, 19. Quo etiam referendi sunt scriptores N. T. vt Matth. 26, 11. Marc. 14, 7. Luc. 15, 31. etc. In versione V. T. Alexandrina πάντοτε non reperi, sed nec ἑκάστοτε. Denique cum *Thomas* adeo non temperare sibi potuerit, vt in v.

πρέπει aduerbio πάντοτε ipse vteretur, patet quam frequens fuerit eius vsus in dialecto vulgari.

παραυτὰ pro παραυτίκα quis dixerit, praeter *Polybium* 10, 15, 4. aliisque in locis, *Alexandrum Aphrodisiensem* problemm. 2, extr. et *Apsyrtum* in Geoponn. 16, 19. habebam neminem.

ποιεῖν vbi ad tempus refertur et pro διατρίβειν dicitur, nouam hanc potestatem accepisse per linguam Macedonicam videtur. Nam leguntur quidem in *Demosthenis* oratione de falsa legatione p. 392, 17. haec: οὐκ ἀνέμειναν τὸν κήρυκα, οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα. At vero, vt taceam, in margine editionis *Benenati* notatum esse γρ. ἀνήλωσαν, ἤγουν ἔτριψαν, quanquam illud, cum *Demosthenes* de corona p. 286, 6. dixerit μικρὸν ἀναλώσαντες χρόνον, et in ea ipsa, e qua ἐποίησαν χρόνον attulimus, oratione p. 343, 17. ἀνηλωκότα τοὺς χρόνους, non temere reiiciendum putabam, post ea quae *Taylorus* in praefat. ad hanc orationem p. 331. sq. disputauit paene certum esse iudico, eam orationem non ab ipso auctore perpolitam et euulgatam fuisse, sed tantum inchoatam et quasi adumbratam ex eius scriniis prodiisse, ita vt, si auctori in prima commentatione res magis quam verba curanti, quippe quae postea demum emendaturus et limaturus erat, aliquid minus elegans exciderit, mirari nequaquam liceat. *Stephanus* in thesauro linguae Gr. T. III. p. 426. F. ne huius quidem Demosthenici loci meminerat, sed se istum verbi ποιεῖν vsum duntaxat in noui testamenti scriptis observasse ait, quam in rem laudauit Act. 18, 23. 2 Corinth. 11, 25. et Iac. 4, 13. Addi possunt loci Act. 15, 33. et 20, 3. Hi autem scriptores hanc verbi notionem didicerant ex versione V. T. Alexandrina, in qua sic legitur Prov.

13, 23. ποιήσουσιν ἔτη πολλά. it. Tob. 10, 7. ἡμέραι ἃς ὤμοσε ποιῆσαι αὐτὸν ἐκεῖ. vel potius e dialecto Macedonica et Alexandrina, tum communi et peruagata. Certe ex hoc fonte hauserunt scriptores recentiores alii, vt *Lucillius* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 320. n. XVI. νύκτα μέσην ἐποίησε τρέχων. *Nicarchus* ibid. p. 357. n. XXXV. πεποίηκα πολὺν χρόνον. *Schol. Theocrit.* idyll. 3, 48. μῆνας ἓξ παρὰ Περσεφόνῃ ποιεῖν. *Schol. Eurip.* Hippol. 35. ἐνιαυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. et quos magno numero laudauit *du Fresne*, item *Vorstius* de Hebraismis N. T. 5, 4. p. 159. qui, vtrum Graeci Latinos, an vero hi illos, sint imitati, non decernit. Mihi hoc posterius videbatur credibile, quae eadem fuit *Casauboni* ad Act. 15, 33. sententia. Sed *Reinesius* in syntagmate inscriptionum antiquarum p. 948. hanc λέξιν dicit neutrius linguae propriam; bene Graecam, bene Latinam haberi posse. Exempla autem verbi *facere* eodem modo vsurpati, praeter lexicon *Fabri*, collegerunt *Kirchmannus* de funerib. Romanor. 3, 20. p. 473. sq. et *Reinesius* epistt. ad Vorstium p. 61. Caeterum sententia mea etiam eo iuuatur, quod *Hesychius* participium διημερεύοντες interpretatur verbis πᾶσαν ποιοῦντες τὴν ἡμέραν. ad quem locum v. *Alberti*.

πορνοκόπος, inquit *Phrynichus* p. 182. οὕτω Μένανδρος. οἱ δ' ἀρχαῖοι πορνότριψ λέγουσιν. Quae in lexicon suum etiam *Phauorinus* transscripsit. Sed eodem nomine πορνοκόπος vtitur Graecus interpres Prov. 23, 21. atque inde *Clemens Alexandr.* paedag. 2, 2. p. 155. A. Nomen πορνοκοπία habet *Scholiastes Aristoph.* Auu. 286. Verbum καταπορνοκοπεῖν, sed sine auctore, in thesauro T. III. p. 242. G. *Stepha-*

nus posuit. Caeterum quin apud *Pollucem* 6, 188. *Kühnius* et *Iungermannus* pro πορνοβοσκῶν perperam e codicibus recipere πορνοκοπῶν voluerint, dubium esse vix potest.

πραθήσομαι *Moeris* p. 294. ait Ἑλληνικῶς dici, sed Attice πεπράσομαι. Etiam *Thom. Mag.* p. 719. hanc alteram formam magis probat. Et sane prior illa in libris antiquiorum atque idoneorum scriptorum non facile reperiatur, cum tamen frequens sit in versione V. T. Alexandrina, vt Lev. 25, 34. 42. 27, 27. Deut. 28, 68. Ierem. (41,) 34, 14. Ezech. 48, 14.

προσόψημα et

προσφάγιον pro ὄψον non tulit veteris Graeciae elegantia. *Eustath.* ad Iliad. λ, 629. p. 867, 54. δῆλον, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς προσοψήματος, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν κοινῶς προσφαγίου, τὸ ὀψάριον λέγεται. *Moeris* p. 274. ὄψον, Ἀττικῶς· προσφάγιον (*Pierson.* e cod. Coislin. aliisque habet προσφάγημα), Ἑλληνικῶς. *Thomas Mag.* p. 668. ὄψον, οὐ προσφάγιον. Et προσόψημα quidem legitur in *Eusebii* hist. eccl. 2, 17. p. 45. D. et apud *Dioscoridem*, cuius locos monstrant lexicographi, sed προσφάγιον Ioh. 21, 5. in Scholiis Venetis a *Villoisono* editis ad Iliad. l. l. p. 284. a. atque apud alios recentiores, quos *du Fresne* l. l. laudauit p. 1654. sq. Vtroque vocabulo *Suidas* interpretatus est nomen ὄψον, vt nomine προσοψήματα *Athenaeus* 9, p. 385. F. nomen ὀψάρια, et 7, p. 276. E. nomen ὄψα, sed nomine προσφάγιον ad explicandum ὄψον vsi sunt *Etymol. M.* p. 646, 14. et *Hesychius* in v. ὄψον. vbi v. *Albert.* Cf. *Fischer.* de vitiis lexicor. N. T. p. 697. sq.

πρόχυμα, auctore *Florentino* in Geoponn. 6, 16, 1. a nonnullis vocatum fuit *vinum* s. *mustum*

ex vuis nondum calcatis sponte profluens. Ab antiquioribus dicitur οἶνος πρότροπος (v. *Athenae.* 2, p. 45. E. *Moeris* p. 305. *Pollux* 6, 17. et *Plin.* H. N. 14, 9.) vel πρόδρομος. v. *Athenae.* 1, p. 30. B. Vnde *Hesychius:* πρότροπος· οἶνος τὶς, τοῦ γλεύκους τὸ πρόρυμα. vbi legendum videtur πρόχυμα, quo nomine *Moeris* p. 422. vtitur ad explicandum ψυκτῆρα, vbi tamen vocabulo πρόχυμα aliud quoddam substituendum putatur.

ῥῶγες de *vuis earumque acinis*, barbarum dicit *Eustathius* ad Odyss. ι, p. 1633, 44. e quo loco *Phauorinus* hausit, quae habet in v. ἀποῤῥώξ. Dicendum potius esse ῥᾶγες, quia ῥῶγες apud *Homerum* significent aedium partem. Peccarunt igitur *Dioscorides* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 80. n. III. cum v. 3. dixit βότρυν — πυκνοῤῥῶγα, etsi p. 81. n. VI. v. 3. ἀσταφίτιδα ῥᾶγα adhibuit. Et *Cn. Lentulus Gaetulicus* ibid. p. 166. n. III. πεντάδα τὴν σταφυλῆς εὐρώγεα. Denique interpretes veteris testamenti Graeci, vt Leuit. 19, 10. vbi edit. Ald. pro ῥῶγας habet ῥᾶγας, et Ies. 65, 8.

σαροῦν non dicendum esse, sed κορεῖν et παρακορεῖν, auctor est *Phrynichus* p. 28. et 44. His ἐκκορεῖν addit, eadem praecipiens, *Thomas Mag.* p. 548. qui idem p. 789. σαίρειν, inquit, οὐ σαροῦν. Similiter *Moeris* p. 356. σαίρειν, Ἀττικῶς· σαροῦν, Ἑλληνικῶς. Et sane praeter Lucam 15, 8. et Matthaeum 12, 44. et scriptores ecclesiasticos, nullum huius verbi auctorem noueram, nisi *Pamphilum* in Geoponn. 13, 15, 4. et *Quintilios* ibid. 14, 6, 5. Cf. *Croii* obss. in N. T. cap. 34. p. 267. sq.

σισόη, qua voce interpretes Graeci vtuntur Leuit. 19, 27. et quam quidam κρώβυλον, *cincin-*

num vel *nodum capillorum* interpretantur, est vox Alexandrina. Ita recte, opinor, iudicat *Croius* l. l. cap. 33. p. 258. cuius iudicium *Hodius* quoque l. l. 2, 4. p. 121. sequitur. Nam Scholiastes ad Leuit. l. l. σισόη, inquit, ἐστὶν ὁ κρώβυλος· πλέγμα δέ ἐστι τοῦτο, ὅπερ Ἕλληνες ἐπλέκοντο ὡς Κρονικὸν ἀνάθεμα, καὶ μᾶλλον Σαρακηνοὶ μέχρι νῦν τοῦτο ποιοῦσιν. Similiter *Suidas:* σισόης· τὸ πλεξείδιον. Aliter explicasse videtur *Hesychius*. Videtur, inquam. Nam in eius lexico leguntur haec: σισοκοῦρα· ῥοιά. Φασηλῖται. Quae verba corruptissima *Casaubonus* ad *Sueton.* August. 45. et post eum *Heinsius* in Aristarcho sacro c. 4. p. 108. praeclare viderunt sic esse emendanda: σισόη· κουρὰ ποιά. Φασηλῖται. quam rationem si sequimur, σισόη non certam quandam comae complicationem aut cirrum, sed aliquod tonsurae genus significat, et fuit proprie Cilicum Phaselitarum, a quibus illud ob mutua Phaselitarum et Alexandrinorum commercia, cum et Phaselis et Alexandria vrbes maritimae fuerint, ad Alexandrinos omninoque ad Aegyptios peruenisse non parum probabile est. Quare *Casaubonus* vocabulum σισόη non Graecum, sed Alexandrinum, et *Villoisonus* in Troisième lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette, quam saepissime iam supra laudaui, p. 330. Aegyptiacum esse aiunt, *Heinsius* vero Phaselitas istud nomen a Syris vltra Ciliciam accepisse coniectat, et *Bochartus* in Geograph. sacr. P. II. 1, 6. p. 362. cum Solymi fuerint Phaselidi vicini, Phoenicumque linguam et ritus vsurpauerint, Phaselitas Phoeniciae linguae nonnihil Graeco sermoni inspersisse statuit, comparans nomen ציצית. Cf. *Deyling.* Obss. sacr. P. II. p. 154. sq. et interpp. *Hesychii.*

σκεπεινὸς nusquam reperi nisi Nehem. 4, 13. et apud *Suidam*, vbi simpliciter posita est glossa σκεπεινὸς τόπος. Quam scribendi rationem si amplectimur, ponendum est, hoc adiectiuum descendere a substantiuo σκέπος, vt σκοτεινὸς a σκότος. Sed cum σκέπος nusquam extet, saepe vero σκέπη legatur, equidem praeferendum arbitror σκεπηνὸς, quemadmodum ab ἀκμὴ apud *Homer.* Odyss. ψ, 191. deductum est ἀκμηνός.

σκόρδον pro σκόροδον est aetatis recentioris, neque hac formâ contracta quisquam ante *Dioscoridem* videtur vsus esse. Saepissime vero legitur in Geoponicis, vt 12, 30. 12, 31, 3. et 7. 14, 12. e *Leontino*. 14, 17, 5. et 7. e *Paxamo*. 15, 1, 28. e *Zoroastre*. 16, 13, 2. e *Theomnesto*. 17, 15, 2. 20, 2, 1. ex *Oppiano*. 20, 3. e *Didymo*. 20, 4. e *Democrito*. 20, 13. et 35. Hinc ibid. 12, 30, 7. ὀφιόσκορδον, i. e. τὸ ἄγριον σκόρδον, vt eodem loco explicatur. Etiam *Theophylactus*, Bulgariae archiepiscopus, habet σκόρδον epist. 73. p. 932. T. VIII. opp. *Meursii*. Cf. *Du Fresne* in Glossario saepe laudato, qui etiam habet ὀνόσκορδον.

σπήλυγξ vt tanquam Alexandrinum huc referrem, motus sum eo, quod illud non nisi ab Alexandrinis et recentioribus scriptoribus adhibitum legerim, quales sunt *Lycophron* 46. et *Apollonius Rhodius* 2, 570. Cf. *Suid.* qui etiam attulit verba *Crinagorae Mitylenaei* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 141. n. VII. Fortassis illud, vt multa alia, (v. quae in v. βασίλισσα monui) desumtum fuit e lingua Hellenum antiquissima. Etiam a Romanis dicitur *spelunca*.

στηθύνιον a *Polluce* 2, 162. explicatur τῶν στηθῶν τὸ μέσον. Sed quando pro diminutiuo nominis στῆθος dicitur, reiicitur a *Phrynicho* p. 168. Et profecto sic, vel omnino pro στῆθος, apud

idoneos auctores non reperitur, sed in loco *Ephippi* apud *Athenae.* 2, p. 65. C. et in versione Alexandrina Exod. 29, 27. Leuit. 7, 20. Num. 18, 18. ac saepius.

στοιχεῖον non modo *solem* et *lunam*, omninoque *astra*, (v. 2 Petr. 3, 10. et 12.) et *coelum* significauit in dialecto Alexandrina (v. *du Fresne* l. l.), sed etiam *aërem.* Saltem sic est in *Iosephi* hypomnest. c. 144. p. 330. ed. *Fabric.* ad calcem Vol. II. Codicis pseudepigraphi V. T. v. quae e lexico *Cyrilli* MS. attulit, omninoque quos laudauit *Bielius* in nouo thesauro philologico.

στρῆνος de *luxu et lasciuia ac libidine cum insolentia coniuncta*, nemo qui pure scriberet dixit vnquam. In genere neutro sic positum legitur 4 Reg. 19, 28. Apoc. 18, 3. et apud *Palladam Alexandrinum* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 421. n. LXIV. In masculino apud *Epiphan.* haeres. 46. (66.) p. 267, 38. vbi etiam lin. 20. est ἐκ τοῦ περισσοῦ τῆς τρυφῆς στρήνου, et de *magna cupiditate* est apud *Lycophr.* 438. Verbum στρηνιᾶν pro τρυφᾶν grauissime damnatur a *Phrynicho* p. 168. Et sane ego quoque illud Macedonicum et Alexandrinum maxime fuisse statuo. Nam στρηνιᾶν pro *lasciuire et proteruum esse*, traditur apud *Athenaeum* 10, p. 420. B. *Lycophron* dixisse, vt ibid. 3, p. 100. A. *Sophilus*, et p. 127. D. *Antiphanes*, comici. Idem legitur Apoc. 18, 7. et 9.

στρουθοκάμηλος vel interpretibus V. T. Alexandrinis recentius vocabulum esse, non solum ex eo patet, quod illi potius nomine στρουθὸς, quod *Hesychio* teste Attice sic dicitur, vsi sunt, vt Leuit. 11, 15. Iob. 30, 29. etc. sed etiam ex his *Galeni* verbis, de alimentis 3, 20. τὸ τῶν στρουθοκαμήλων (ὄνομα), ἄηθες· ὀνομάζουσι γὰρ

αὐτὰς μεγάλας στρουθούς. (v. *Xenoph.* Anab. 1, 5, 2.) Et de probis prauisque alimentor. succis c. 6. ἐν ταῖς μεγάλαις στρουθοῖς, ἃς νῦν ὀνομάζουσι στρουθοκαμήλους. Atque hoc reperitur apud *Strab.* 16, p. 772. B. in *Alexandri Aphrodis.* praefatione libri 1. in versione *Symmachi* Iob. 30, 29. Eiusdem et *Aquilae* Mich. 1, 8. Eorundem et *Theodotionis* Ies. 43, 20. qui iidem Ies. 13, 21. στρουθιοκάμηλοι dixisse traduntur.

σύσσημον, quo *Menander* vsus est, adulterinum vocabulum vocat *Phrynichus* p. 184. Saltem non legitur in antiquis et puris auctoribus. Nam de *tessera* s. *signo aliquo communi, quod ex composito datur*, adhibuerunt hoc nomen *Diodorus Siculus* 11, 22. et 61. 20, 51. *Aeneas* Tacticus in poliorcetico c. 4. ad quem locum v. *Casaub.* item *Strabo* 6, p. 280. A. interpres libri de Suffetibus 20, 38. Marc. 14, 44. *Suidas* hoc nomine interpretatur nomen σύνθημα. Sed σύσσημον etiam de quouis alio *signo* legitur, vt apud *Diodor. Sicul.* 3, 5. in libro de fluminibus, qui *Plutarcho* vulgo tribuitur, 14, 5. in *Hedyli* epigrammate IV. T. II. analectt. *Brunck.* p. 527. Ies. 5, 26. De *insignibus* vel imperii, apud *Diodor. Sicul.* 1, 70. vel fortitudinis, apud eund. 5, 29. Atque sic in Marci l. l. intelligi mauult *Fischerus* de vitiis lexicor. N. T. p. 24.

τελίσκειν cum recte et eodem modo e τελεῖν formatum appareat, quo στερίσκειν e στερεῖν, (Cf. *Etymol. M.* p. 201, 29. et 33.) non huc retulissem, nisi nullum praeter recentiores et Alexandrinos scriptores eo vsum esse vidissem. Legitur enim in versione Alexandrina, vel potius *Theodotionis* (v. *Salmas.* de Hellenist. p. 244. sq.), Deut. 23, 18. vbi τελισκόμενος diuersis modis explicatur. *Hesychius:* τελισκόμενος· πληρού-

μενος, τελειούμενος. quibus *Etymol. M.* p. 751, 4. addit ἐνθουσιῶν. Vnde *Bielius* in nouo thesauro philologico reddit: *initiatus impuris gentium sacris.* Etiam *Cyrillus* apud *Lambertum Bos* interpretatur τὸν μυσταγωγούμενον. Et *Hesychii* in verbis modo allatis eandem mentem fuisse, intelligi potest ex alia eius glossa: τετελεσμένος· τελισκόμενος. vbi tamen additur etiam glossema ἀνδρόγυνος, quocum consentit Lexicon *Cyrilli* MS. apud *Bielium* et *Albert.* ad *Hesych.* in v. τετελεσμένων: τετελεσμένων· μεμιαμμένων. Haud dubie recte, si sententiam spectes. Nam in loco Deut. laudato τελισκόμενος vix aliud quid significare potest, quam *scortum masculum*, *cui pro flore corporis tributum penditur ac merces persoluitur*, quae sunt verba *Salmasii* de trapezit. foenore p. 460. Certe etiam in Inscriptione Roset. lin. 32. τελίσκειν dicitur pro *persoluere.* Verba sunt: διδοὺς — τὰ τελισκόμενα εἰς τὰ ἴδια ἱερά.

τερέβινθος pro τερέμινθος siue τέρμινθος est aevi recentioris. *Damogeron* in Geopoun. 10, 65, 2. τέρμινθον, ἣν οἱ ἐπιχώριοι τερέβινθον καλοῦσι. *Democritus* ibid. 10, 73, 2. τέρμινθός ἐστιν, ἣν καλοῦμεν τερέβινθον. *Niclas* ad h. l. notat, non nisi semel, idque per describentium vitium, apud *Theophrastum* hist. plantar. 3, 15. legi, cum alias ille semper vtatur altera forma. Similia iam *Brodaeus* ad Epigramm. Graec. lib. 1. p. 119. monuit. Ibi enim et T. II. analectt. *Brunck.* p. 177. legitur *Antiphili Byzantii* epigramma, in quo est adiectiuum τερεβινθώδης. Scholiastes ibi praeter alia habet haec: τερέβινθος· τὸ αὐτὸ καὶ τέρμινθος. — γίγνεται δὲ τὸ πλέον ἐν Ὠρικῷ τῆς Μακεδονίας. *Pollux* 1, 233. paulo aliter: τέρμινθος. εἴρηται δὲ αὐτοῦ ὁ καρπὸς ὑπ' ἐνίων καὶ τερέβινθος. Sed minus recte, vt vi-

detur. In versione V. T. Alexandrina reperitur vtraque forma. Nam Gen. 14, 6. pro τερεβίνθου cod. Alex. habet τερεμίνθου. Sic 1 Reg. 17, 2. Ald. et Complut. exhibent τερεβίνθου, alii τερμίνθου. Ios. 24, 26. cod. Alex. τερέβινθον, reliqui τέρμινθον. Contra Gen. 43, 11. idem codex τερέμινθον, caeteri τερέβινθον. Sed parum aberat quin vbique reponendam iudicarem formam τερέβινθος. Nam sine vlla lectionis varietate haec legitur Gen. 35, 4. Ies. 1, 30. 6, 13. et apud *Ioseph.* archaeol. 2, 6, 5. qui *Iosephi* locus maxime notabilis est, quia ibi refert ex Gen. 43, 11. Apud *Xenophontem* vero Anab. 4, 4, 7. vbi dudum editores formam antiquam restituere debebant, sine omni controuersia pro τερεβίνθινον etiam sine libris rescribendum est τερμίνθινον, cum vel in *Aristotelis* de mirabilib. auscultatt. c. 89. vnus codex Vindobonensis τερβίνθου praebeat pro τερμίνθου.

τέτευχε τιμῆς, τέτευχε τοῦ σκοποῦ, μὴ λέγε, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τῷ δοκίμῳ χρῶ τετύχηκε. *Phrynichus* p. 174. Similia tradunt *Thomas Mag.* p. 842. et *Phauorin.* Recte. Nam prior illa perfecti forma, *consequendi* notionem subiectam habens, reperitur tantum apud scriptores Doricos, vt *Euryphamum* Pythagoreum, in *Galei* opuscc. mytholog. p. 665. edit. 2. vel Alexandrinos, vt Iob. 7, 2. vbi tamen pro τετευχὼς in Cod. Alex. est τετυχηκώς. Hebr. 8, 6. vel alios recentiores, vt *Polyb.* 1, 66. et 81. 8, 9. *Plutarch.* Alcib. c. 1. *Phurnut.* de nat. deor. c. 15. p. 163. ed. *Gal.* l. l. Sic παρατετευχέναι habet *Polyb.* 12, 8. παρατετευχὼς idem 12, 27. παρατετευχότων idem 3, 48. περιτετευχὼς *Iamblich.* vit. Pythag. sect. 199. *Diodori Siculi* locos *Wesselingius* ad 1, 13. indicauit quatuor. Quare etiam *Fischerus* animaduu. in *Weller.* grammat.

Graec. Spec. III. P. I. p. 184. dialecto Macedonicae hanc formam tribuit. Videtur autem resumta esse e lingua vetustiore, cuius generis exempla plurima passim iam attuli.

ὑποπόδιον cur huc retulerim, doceant haec verba *Sexti Empirici* adv. Mathemm. 1, 246. τὸ ὑφ' ἡμῶν καλούμενον ὑποπόδιον, Ἀθηναῖοι καὶ Κῶοι χελωνίδα καλοῦσιν. Certe ὑποπόδιον apud nullum scriptorem antiquum et idoneum reperitur, sed vel apud Alexandrinos, omninoque Aegyptios, vt 2 Paral. 9, 18. in Complutensi quidem editione, sed in omnibus editionibus Ps. 109, 1. Act. 2, 35. Ies. 66, 1. Act. 7, 49. Thren. 2, 1. Matth. 5, 35. apud *Athenae.* 5, p. 192. E. vel apud alios recentiores, vt *Eustath.* ad Odyss. δ, p. 1482, 3. inprimis apud grammaticos, qui eo vtuntur ad explicanda nomina antiqua et Attica, vt *Schol. Aristoph.* Plut. 545. et Equitt. 368. Θρᾶνος· ὑποπόδιον. *Hesych.* Θρανίον· ὑποπόδιον. it. Θρῆνυν· ὑποπόδιον. it. χελώνη· τὸ ὑποπόδιον. Cf. *Suid.* in v. ὑποδήματα.

φάγομαι· βάρβαρον, inquit *Phrynichus* p. 144. λέγε οὖν ἔδομαι καὶ κατέδομαι. τοῦτο γὰρ Ἀττικόν. Hoc praeceptum, cui simile etiam *Thomas Mag.* p. 265. habet, si verum est, intelligendum putabam de praesenti. Nam futurum secundum, si compares *Etymol. M.* p. 786, 25. recte sic dici videtur, quanquam nec hoc, quantum memini, vsquam nisi in versione V. T. Alexandrina et in libris N. T. vt Gen. 2, 17. 3, 3. 9, 4. 27, 25. 40, 19. 43, 16. 45, 18. etc. Luc. 14, 15. 17, 8. Iac. 5, 3. Apoc. 17, 16. reperitur. Exemplum temporis praesentis, quod quidem certum videri posset, non nisi vnum inueni, Sirac. 36, 18. πᾶν βρῶμα φάγεται κοιλία. Saepe etiam legitur coniunctiuus praesentis, sed nunquam in omnibus libris, v. c. Dan. 1, 12. φαγώ-

μεθα. Cod. Alex. φαγόμεθα. Damnanda vero mihi quidem videbatur forma φαγοῦμαι, cuius permulta sunt in versione Alexandrina exempla, vt φαγῇ Gen. 2, 16. 3, 14. 17. 18. 19. Deut. 7, 16. 8, 9. 10. 4 Reg. 19, 29. in codice Alex. aliisque pro φάγε. Sed φάγῃ haec eadem persona scribitur 4 Reg. 7, 2. 19. φάγεσαι Ies. 60, 16. aliisque in locis, vt Luc. 17, 8. φαγούμεθα est Gen. 3, 2.

φυλάκισσα pro φυλακὶς legitur tantum Cantic. 1, 5. Similia supra vidimus, vt βαλάνισσα, βασίλισσα. Cf. *Valckenar.* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 321. et, quem laudat, *Hemsterhus.* ad *Lucian.* iudic. vocal. c. 8. T. I. p. 92.

φυλακτήρια de *amuletis* dicta fuisse satis notum est e *Stephani* thes. T. IV. p. 238. F. Hunc autem vocabuli vsum tribuendum esse dialecto Macedonicae et Alexandrinae, perspicimus inde, quod simili modo dicitur Matth. 23, 5. et in Inscriptione Rosetana lin. 45. Multa alia exempla habet *du Fresne.*

χορτάζειν ad homines relatum, non puto veteris Graeciae vsum ferre. Vtuntur eo sic *Nicostratus* apud *Athenae.* 15, p. 693. B. *Lucianus* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 309. n. VII. *Scholiastes Nicandri*, qui ad theriaca p. 51. ἄσαι, inquit, οἱονεὶ χορτάσαι, κορεσθῆναι, ἐμπλησθῆναι. ad alexipharm. p. 60. verbum πλήρωσον explicat verbo χόρτασον, nempe οἴνῳ, et p. 73. χορτάσας posuit pro κορέσκων, quo poeta vsus erat. Interpretes Alexandrini Ps. 36, 19. 58, 15. 80, 16. ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς. 106, 9. 131, 15. τοὺς πτωχοὺς χορτάσω ἄρτων. etc. Sic χορτασία est Prov. 24, 15. vt in *Lucillii* epigrammate apud *Brunck.* l. l. p. 322. n. XXVI. ποῦ μοι χορτασίη ὀστρακίνων πινάκων; Item

ἀχορτασία Deut. 28, 20. in versione *Symmachi*, et ἀχόρταστος Ps. 58, 15. apud eundem. Quin etiam χόρτος de *cibo hominis* legitur in *Cratetis Thebani* apud *Brunck.* T. I. p. 187. epigrammate VI. χόρτον ἐμῇ συνεχῶς δότε γαστέρι. *Hesych.*: χόρτος· — χόρτασμα. *Sophocles* quidem ipse quoque videri possit ab hoc verbi vsu non abhorruisse, dum in Tyro (apud *Athenae.* 3, p. 99. F.) haec verba scripsit: οἳ τοῖσι παγχόρτοισιν ἐξενίζομεν. Sed nec hunc *Sophoclis* locum, nec alium *Aristophanis* in Gerytade, quem ibidem *Athenaeus* seruauit, puto adhiberi posse ad defendendam hanc nouam verbi χορτάζειν notionem, quoniam ille quidem vocabulo παγχόρτοις vti recte potuit de cibis, qui apponerentur hominibus valde edacibus atque adeo bestiarum similibus: quam coniecturam egregie confirmare videtur *Athenaeus* 3, p. 96. F. his verbis: ἱκανῶς γεγαστρίσμεθα, καὶ καιρὸς ἤδη ἐστὶ καὶ λέγειν ἡμᾶς. τοῖς δὲ Κυνικοῖς τούτοις παρακελεύομαι σιωπᾷν, κεχορτασμένοις ἀφειδῶς. Et *Plato* lib. 2. de rep. (T. II. opp. p. 372. D. vbi post commemorata multa et varii generis cibaria addit haec: εἰ δὲ ὑῶν πόλιν κατεσκεύαζες, τί ἂν αὐτοὺς ἄλλο ἢ ταῦτα ἐχόρταζες; Item lib. 9. p. 586. A. βοσκημάτων δίκην κάτω ἀεὶ βλέποντες, καὶ κεκυφότες εἰς γῆν καὶ εἰς τραπέζας, βόσκονται χορταζόμενοι καὶ ὀχεύοντες. vbi notandum est, etiam ὀχεύειν proprie bruta dici, cum homines ἀφροδισιάζειν dicantur. Denique *Clemens Alexandr.* paedag. 1, 11. p. 132. D. vbi dicit: χορτασθέντες, φησὶν (Moses, ap. Exod. 32, 6. quem tamen locum, a Paulo 1 Corinth. 10, 7. repetitum, *Clemens* tantum ad sensum laudauit), ἀνέστησαν παίζειν· τὸ ἄλογον τῆς τροφῆς πλήρωμα, χόρτασμα, οὐ βρῶμα εἰπών. *Aristophanes* autem metaphorice

dixit: χόρταζε μονῳδιῶν. Qualem licentiam quis Comico non concedet (Cf. quae supra in v. δύσριγος breuiter monui), cum etiam scriptores oratione pedestri vtentes non raro verba, quae proprie de cibis dicuntur, ad alias res transferant? Praeterea verbum χορτάζειν ad homines retulisse reperiuntur scriptores purae Graecitatis fama non admodum florentes, vt *Cratinus*, *Menander*, *Eubulus*, (cuius alium qui huc pertineat locum *Athenaeus* 2, p. 63. D. seruauit) *Sophilus*, *Amphis*, quorum omnium verba extant apud *Athenaeum* 3, p. 99. F. et p. 100. A. item *Arrianus* et *Plutarchus*, quorum locos habent *Heupel.* ad Marc. 8, 4. et *Elsner.* ad Matth. 5, 6. Nam et in his aliisque N. T. locis χορτάζεσθαι dicuntur homines, et Act. 7, 11. χορτάσματα οὐχ εὑρίσκειν leguntur. Denique grammatici antiqui verbo χορτάζειν interpretantur verba, quae proprie ad saturandos homines spectant, vt *Hesychius*: κορέει· πληροῖ, χορτάσει. item κορέννυται· χορτάζεται. it. κορέσαι· χορτάσαι. it. ἄσαι· χορτάσαι. Cf. quae supra e *Scholiis Nicandri* apposui.

χωροβατεῖν *Hesychio* interprete est ἐν τῇ χώρᾳ περιπατεῖν. Sed in versione Alexandrina Ios. 18, 8. 9. significare potius videtur *terram metiri*, ita vt parum differat a verbo βηματίζειν, quod supra §. 8. in verbis Macedonicis retuli. Cf. *Salmas.* exercitatt. in *Solin.* p. 473.

Haec sufficiant de verbis singulis, quae dialecto Macedonicae et Alexandrinae vindicari non sine veri specie putabam posse. Multo plura colligi poterant e *Phrynicho*, *Thoma Magistro*, *Moeride*, e *Salmasii* de hellenistica commentario, e *Fischeri* de vitiis lexicorum N. T. prolusionibus, et in *Welleri* grammaticam Graecam animaduersionibus, e *Cangii* glossario mediae et infimae Graecitatis, aliisque.

Exponere quoque poteram de nominibus in *ιον* pro *εῖον* desinentibus, vt *γράφιον*, *ἰχθυοτρόφιον*, *κεράμιον*, *λαγοτρόφιον*, *νησσοτρόφιον*, *νοσοκόμιον*, *ὀρτυγοτρόφιον*, *ὀρφανοτρόφιον*, *χηνοβόσκιον*, *χηνοτρόφιον*, et similibus, de quorum non paucis breuiter *Niclasius* monuit ad Geoponn. 14, 22, 1. Item de nominibus in *ι* et *ιν*, quae terminationes haud dubie originem debent Aegyptiorum dialecto (v. supra §. 10.), cuiusmodi nomina multa reperiuntur in Geoponn. 12, 1. vbi interpretum notae consulendae sunt. Sed nolui nimia et quaesita diligentia molestus esse taediumque afferre legentibus, id potius agendum ratus, vt ipsis quoque superesset, in quo studium atque industriam collocarent suam, quippe non ignorans, animis liberalibus et ingenuis vtilitatem et voluptatem ex proprio labore perceptam multo videri quam ex alieno maiorem.

Quibus iisdem de causis exempla structurae verborum a veteris Graeciae puritate atque elegantia alienae afferre non nisi pauca constitui. Delegi autem haec:

μὲν οὖν et *μὲν οὖν γε* (quod vulgo, sed parum recte, scribitur *μενοῦνγε*) ab initio membri vel periodi positum, iam *Salmasius* in funere linguae Hellenisticae p. 152. Alexandrinae dialecti esse recte iudicauit. Nam iste particularum vsus reperitur apud solos scriptores Macedonicos, et qui post Alexandri Macedonis aetatem vixere. Mihi saltem nullus huius structurae auctor paulo antiquior innotuit, praeter *Aristotelem*, qui de poetica 22, 3. ed. *Harles.* *μὲν οὖν* ita posuisse dicitur a *Schwarzio* ad *Olear.* de stylo N. T. p. 289. Et sane sic positae extant illae particulae in antiquioribus *Aristotelis* editionibus. Sed sine vlla dubitatione rectius *Buhle* cum *Harlesio* edidit *τὸ μὲν οὖν*. *Phrynichus* p. 150. *μὲν οὖν τοῦτο πράξω. τίς ἀνάσχοιτο οὕτω συντάττον-*

τος τινὸς ἐν ἀρχῇ λόγου; οἱ γὰρ δόκιμοι τὸ μὲν οὖν ὑποτάσσουσιν, ἐγὼ μὲν οὖν λέγοντες, τὰ καλὰ μὲν οὖν, καὶ τὰ μὲν οὖν πράγματα. Saepe vero μενοῦνγε ab initio ponitur in libris N. T. vt Luc. 11, 28. Rom. 9, 20. 10, 18. vnde orta videtur haec glossa *Hesychii*: μενοῦν, τοιγαροῦν, μέντοιγε, καὶ μενοῦνγε, σύνδεσμοι. Et *Etymol. M.* p. 580, 12. μενοῦνγε, ἐκ τριῶν συνδέσμων, καὶ σημαίνει τὸ ἀληθές. quae vbi repetiit *Suidas*, addit: μᾶλλον μὲν οὖν. Non magis probandum est ἀλλὰ μὲν οὖν, siue, quod alii codices habent, ἀλλὰ μενοῦν γε, Philipp. 3, 8. v. *Steph.* thes. linguae Graecae T. II. p. 1619. A. E quibus omnibus patet, *Vigerum* de Graecae dictionis idiotismis 8, 8, 18. pessime tironum commodis consuluisse.

μὴ γένοιτο, quando est vox omen auersantium, et absolute ponitur, haud dubitanter huc retuli. Nusquam enim sic reperitur, nisi in versione Alexandrina, vt Gen. 44, 7. 17. Ios. 22, 29. 3 Reg. 20, 3. in quibus locis omnibus interpretes hac formula Graeca reddiderunt Hebraicum vocabulum חלילה, et in libris N. T. vt Luc. 20, 16. Rom. 3, 4. 6. 31. 6, 2. 15. etc. atque apud alios scriptores recentiores, vt *Arrianum* diss. Epict. 1, 1. 2. 8. 2, 8. et saepius, *Simplicium* in *Epictet.* p. 186. *Achillem Tatium* Erot. 5, 18. p. 323. *Apuleium* in Geoponn. 13, 5, 6. Et interpretes quidem Alexandrini, etiam in iis locis, vbi alii μηδαμῶς cum datiuo habent, v. c. 1 Reg. 12, 23. formulam μὴ γένοιτο semper sequi iusserunt infinitiuum, quo indicatur res, quam quis abominatur et abesse cupit. Eodem modo *Alciphron* 1, epist. 26. extr. μή μοι γένοιτο — μὴ λύκον ἔτι, μὴ δανειστὴν ἰδεῖν. Caeteri vero, quos laudaui, omnes formulam istam simpliciter posuerunt. *Grotius* ad Matth. 16, 22. docte comparat for-

mulas ἵλεώς μοι et μηδαμῶς ἐμοὶ, quae et ipsae dialecto Alexandrinae tribuendae sunt, et tam absolute ponuntur, vt 2 Reg. 20, 20. vbi pro ἵλεώς μοι ed. Complut. habet μὴ γένοιτο, 1 Reg. 2, 30. μηδαμῶς ἐμοὶ, quam sequente infinitiuo, vt 2 Reg. 23, 17. ἵλεώς μοι τοῦ ποιῆσαι τοῦτο. vbi iterum ed. Complut. μή μοι γένοιτο παρὰ κυρίου ποιῆσαι. 1 Paral. 11, 19. 1 Reg. 26, 11. μηδαμῶς μοι παρὰ κυρίου ἐπενεγκεῖν. vbi rursus alii dant μὴ γένοιτο. Idem *Grotius* l. l. notauit, Iosephum pro his dixisse ἀπίῃ ἡ πεῖρα τοῦ λόγου. Ne quis autem formulam μὴ γένοιτο defendi posse opinetur *Herodoti* auctoritate. Eius enim verba 5, 111. sunt haec: ἤν τε κατέλῃς ἄνδρα στρατηγὸν, μέγα τοι γίνεται· ἤν σε ἐκεῖνος, τὸ μὴ γένοιτο, ὑπ' ἀξιόχρεω καὶ ἀποθανεῖν, ἡμίσεα συμφορή. vbi facile apparet, τὸ μὴ γένοιτο dictum esse pro ὃ ἵνα μὴ γένοιτο εὐκτέον ἐστί. Mihi saltem hic locus similis quidem quodammodo locis supra laudatis, sed tamen non parum diuersus videbatur. Nec magis recte attulerit quis verba *Xenophontis* Cyrop. 5, 5, 6. p. 327. φοβούμενος μή τι γένοιτο — ὅ τι πάντας ἡμᾶς λυπήσει.

ὅς quando pro articulo ὁ in partiendo saepius repetitur, vel cum ambo inter se aut cum aliis talibus ita miscentur, vt alterum pro altero poni et idem significare appareat, quin hoc e dialecto Macedonica et Alexandrina fluxisse putandum sit, nequaquam dubito. Vidit iam atque damnauit hoc vitium magister elegantiarum Atticarum *Thomas* p. 1. ἃ μὲν, ἃ δὲ, inquiens, μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ τινὰ μὲν, τινὰ δέ. Quod *Thomae* praeceptum quomodo alii interpretes illustrauerint, alii refellere, alii, in quorum numero *Hemsterhusius* eminet, confirmare studuerint, apud ipsos legi, quam a me recoqui, satius est. Ego vero, vt

ostendam, ἃ μὲν — ἃ δὲ male et contra leges elegantiae Atticae dici, primo plurimos scriptores recentiores vel minus puros, atque adeo Alexandrinos, qui sic locuti sunt, enumerabo, deinde de iis veterum et purae Graecitatis auctorum locis exponam, qui vel afferri solent, vel certe videantur afferri posse, ad *Thomae* sententiam impugnandam. Scilicet ὃς pro ὁ male posuere *Bion* idyll. 1, 81. sqq. χὼ μὲν — ὃς δὲ — ὃς δὲ — χὼ μὲν — ὃς δὲ — ὁ δὲ — ὃς δέ. *Alexander Aetolus* in *Brunckii* analectt. T. I. p. 418. n. I. τῷ μὲν — τῷ δὲ — ᾧ δέ. *Meleager* ibid. p. 10. n. XXVI. ἃς μὲν — ἃς δέ. *Demodocus Lerius* ibid. T. II. p. 56. n. I. ὁ μὲν — ὃς δ' οὔ. *Alpheus Mitylenaeus* ibid. p. 128. n. II. τῷ μὲν — ᾧ δὲ — ᾧ δέ. *Antiphilus Byzantius* ibid. p. 174. n. XIX. ὃς μὲν — ὃς δέ. *Leonidas Alexandrinus* ibid. p. 194. n. XX. ἄλλος — ὁ δὲ — ὃς δέ. *Philippus Thessalonicensis* ibid. p. 221. n. XXXV. τὸ μὲν — ὃ δὲ — ὃ δέ. *Marcus Argentarius* ibid. p. 272. n. XXVII. τᾷ μὲν — ᾇ δέ. *Onestus* ibid. p. 290. n. VIII. ὃν μὲν — ὃν δέ. *Palladas Alexandrinus* ibid. p. 418. n. LI. ὃς μὲν — ὃς δέ. *Phocylides* ibid. p. 522. ὁ μὲν — ὃς δ' οὔ. *Macedonius* ibid. T. III. p. 120. n. XXXIII. οἷς μὲν — τοῖς δὲ, aliique poëtae. Iam possit quidem aliquis opinari, solos poëtas ita loqui vel voluisse, vel propter metri leges debuisse. Atque hoc quidem de iis maxime suspicari licet, qui in eadem periodo nunc ὁ scripserunt, nunc ὃς: quae tamen ratio nunquam conspicitur in antiquis, saepe in recentioribus poëtis. Sic *Zosimus Thasius* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 452. τὸν μέν τε δι' αἰθέρος, ὃν δ' ἀπὸ λόχμης. *Damagetus* ibid. T. III. p. 331. μείζων δὲ θηρῶν ὃς μὲν, ὁ δ' ἡμιθέων. Cf. ἀδέσποτα epigramma-

ta multa, vt ibid. p. 153. n. X. v. 3. p. 189. n. CXCI. v. 3. p. 201. n. CCLI. v. 2. p. 206. n. CCLXXII. v. 5. sq. p. 214. n. CCXCIX. v. 5. p. 243. n. CCCCXXXIII. v. 2. sq. p. 289. n. DCLI. v. 7. sq. Sed etiam qui pedestri oratione vsi sunt, laudari hanc in rem multi possunt, vt *Athenaeus* 6, p. 271. F. οὓς μὲν — οὓς δὲ — οὓς δέ. 10, p. 439. C. οὓς μὲν — οὓς δέ. *Diodorus Siculus* 20, 52. οὓς μὲν — οὓς δέ. it. ἃ μὲν — ἃ δέ. it. ἃς μὲν — ἃς δέ. *Apollonius Alexandrinus* s. *Dyscolus* de syntaxi p. 14, 26. p. 36, 9. p. 59, 5. p. 121, 22. p. 227, 28. ἃ μὲν — ἃ δέ. p. 177, 19. ἃ μὲν — ἃ δὲ — τινὰ δέ. p. 298, 15. οἷς μὲν — οἷς δέ. p. 40, 27. et p. 98, 15. ὃς μὲν — ὃς δέ. Cf. p. 194, 24. et p. 201. sq. *Photius* in electis e *Procli* chrestom. grammat. ad calcem *Apollonii Dyscoli* p. 342, 5. *Aelianus* V. H. 6, 1. τοὺς δὲ — οὓς δὲ — οὓς δέ. 13, 46. τοὺς μὲν — οὓς δέ. *Hermes* apud *Stobaeum* eclogg. phys. c. 52. p. 1082. ὑφ' ὧν μὲν — ὑφ' ὧν δὲ — ὑπὸ δὲ ἑτέρων. *Plutarchus* apophthegmm. T. VIII. p. 97. οἷς μὲν — οἷς δέ. Et de EI apud Delphos c. 21. ὁ μὲν — ὁ δὲ — καὶ ὁ μὲν — ὁ δὲ — καὶ ὁ μὲν — ὁ δὲ — καὶ παρ' ᾧ μὲν — παρ' ᾧ δὲ — καὶ ὁ μὲν — ὁ δὲ — καὶ ὁ μὲν — πρὸς ὃν δέ. *Monumentum Adulitanum* haud procul a fine: ἃ μὲν — ἃ δέ. Matth. 13, 4. sqq. ἃ μὲν — ἄλλα δὲ — ἄλλα δέ. v. 8. ὃ μὲν — ὃ δὲ — ὃ δέ. Alia exempla e *Polybio*, *Herodiano*, *Sexto Empirico* aliisque collegit *Fischerus* ad *Weller.* gramm. Graec. Spec. I. p. 332. Cf. *Heupel.* ad Marc. 4, 4. Omnes igitur quos laudaui, scriptores quin recte a me et consilio meo conuenienter sint adhibiti, neminem arbitror posse dubitare. Scripserunt enim omnes post Alexandri M. aetatem. Nam *Phocylidis* quoque versus recentioris

esse originis, vel saltem serioribus temporibus, inprimis a Christianis hominibus, valde mutatos et interpolatos, inter viros eruditos satis constat. Cf. *Ludov. Wachleri* diss. de Pseudo-Phocylide, Rintel. 1788. 4. Reperiuntur vero etiam in antiquis et puris auctoribus loci, qui mihi videantur posse opponi, quos tamen omnes si recte probaueris et perpenderis, videbis nihil plane facere ad sententiam *Thomae*, quae eadem mea est, vllo modo infringendam. Nam apud *Pindarum* quidem Olymp. 8, 20. edi solet ὃν μὲν — Ἀλκιμέδοντα δέ. Verum vt taceam, non Atticum poetam fuisse Pindarum, aut Attico more scribere voluisse, lectio ista non constanter a codicibus MSS. exhibetur. In verbis *Xenophontis* Cyrop. 2, 4, 17. οὗτοι ἂν σοι, εἴ τισιν ἐντυγχάνοιεν τῶν Ἀρμενίων, οὓς μὲν ἂν συλλαμβάνοντες αὐτῶν, κωλύοιεν τῶν ἐξαγγελιῶν, οὓς δὲ μὴ δύναιντο λαμβάνειν, ἀποσοβοῦντες ἂν ἐμποδὼν γίγνοιντο τοῦ μὴ ὁρᾷν αὐτοὺς ὅλον στράτευμα, in his, inquam, verbis post participium συλλαμβάνοντες omissum est verbum substantiuum εἴησαν siue εἶεν, quae ellipsis in participiis vsitatissima est. Apud eundem *Xenoph.* memorr. 1, 1, 4. in margine editionum *Steph.* et Basil. 1569. fol. legitur ἃ μὲν ποιεῖν, ἃ δὲ μὴ ποιεῖν. Haec vero pro τὰ μὲν — τὰ δὲ a recentiore quodam librario profecta esse, quilibet facile intelligit. Neque aliter statuendum est de *Heracliti*, multo etiam antiquioris Xenophonte, epistola ad Hermodorum, vbi in *H. Stephani* poësi philosophica (1573. 8.) p. 150. cuique animali dicuntur esse τὰ μέρη καὶ ὅπλα· τοῖς μὲν κέρατα τὰ ὅπλα, τοῖς δὲ ῥύγχη, τοῖς δὲ πτερὰ, τοῖς δὲ τάχος, ἄλλοις μέγεθος, ἄλλοις ὀλιγότης, οἷς δὲ τάχος, οἷς δὲ νῆξις, πολλοῖς δὲ πνεῦμα. Etsi enim haec epistola iam per se,

propter plurima quae ei impressa extant hominis Christiani vestigia, vix putari genuina potest: tamen haec speciatim verba, οἷς δὲ τάχος, οἷς δὲ νῆξις, manifestum est ab aliquo apposita fuisse, qui ea perperam omissa, nec tamen omittenda iudicaret, non memor eorum, quae iam ante dicta erant: τοῖς δὲ τάχος. Etiam apud *Demosthenem* inueniuntur loci, qui ab indoctis hominibus adhiberi possint ad refutandam *Thomae* sententiam, sed sine vlla dubitatione emendandi. In oratione pro Corona v. c. pag. 248, 18. leguntur haec: ἃς μὲν ἀναιρῶν, εἰς ἃς δὲ τοὺς φυγάδας κατάγων. Sed si quis consulere voluerit in *Reiskii* editione apparatum criticum Vol. II. p. 477. et Vol. III. p. 571. veram lectionem videbit superesse in libris manu scriptis, quorum alii legunt τινὰς μὲν — τινὰς δὲ, alii τὰς μὲν — ἃς δέ. Sic in eadem oratione p. 282, 11. ἃς μὲν κατείληφε πόλεις, — τινὰς δὲ πορθεῖ. vbi pro ἃς alii codices τινὰς habent. Et p. 289, 10. ἃς μὲν — τινὰς δὲ — εἰς ἐνίας δέ. vbi rursus pro ἃς codex MS. τινὰς seruauit.

Vltimum talis impurae verborum structurae exemplum praebeat compositio aduerbiorum temporis quorundam cum praepositionibus. Etsi enim *Herodianus* ad calcem *Phrynichi* p. 206. ad calcem *Moeridis* p. 469. καθόλου, inquit, χρονικοῖς ἐπιῤῥήμασιν οὐ συντάττουσι τὰς προθέσεις, etsi item *Phauorinus* in v. ἐξ ἐκείνου haec scripsit: καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν τοῖς ἐπιῤῥήμασι τοῖς χρόνον δηλοῦσι τὰς προθέσεις οὐχ εὑρίσκονται συντάττοντες οὔτε οἱ Ἀττικοὶ, οὔτε παρὰ τοῖς ποιηταῖς οἱ Ἴωνες: vsus tamen loquendi prohibet, quo minus omnia huius generis exempla minus pura existimemus. Non v. c. damnanda sunt εἰσαεὶ siue ἐς ἀεὶ, ἐσαῦθις, εἰς αὔριον, εἰσέτι, εἰσότε, εἰς τότε, ἐξ-

αὖθις, ἐξέτι, μεταυτίκα, μετόπισθεν, μέχρι τότε, παραυτίκα, προπέρυσι, προσέτι, et similia. Dubitandum etiam videbatur, an reiicienda essent εἰς ἅλις et συνάμα, quae *Eichstadius* in dissertatione de carminum Theocriteorum indole ac virtutibus, Lips. 1793. 4. p. 43. Alexandrina esse iudicauit. Quanquam enim vtrumque legitur in *Theocriti* idyll. 25, illud quidem v. 17. hoc v. 126. etiam apud *Eustath.* ad Il. η, p. 535, 46. et ad Il. λ, p. 814, 5. ed. Basil. in *Schol. Eurip.* ad Hecub. 505. quos locos *Valckenarius* ad *Theocriti* decem eidyllia p. 163. attulit, et apud *Lucianum*, cuius locos quatuor collegit *Maius* obseruatt. sacr. 4, p. 198. tamen ea minus recte, opinor, huc referuntur, quia ἅλις et ἅμα non sunt aduerbia temporis. Si quis vero *Eichstadii* sententiam sequi maluerit, multo magis ille reprobare debebit παρεκτὸς, quod vix vsquam reperitur, nisi in *Aquilae* versione Deut. 1, 36. Matth. 5, 32. Act. 26, 29. 2 Corinth. 11, 28. apud *Pamphilum* in Geoponn. 13, 15, 7. in *Palladii* historia Lausiaca c. 84. T. VIII. opp. *Meursii* p. 542. et in similibus. Sed sine controuersia improbandas censebam formulas has: ἀπ' ἄρτι Matth. 23, 39. 26, 64. Ioh. 1, 52. etc. ἀπεχθὲς apud *Apollonium* de Syntaxi p. 234. p. 333, 21. et *Philodemum* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 89. n. XXIII. ἀπὸ νῦν apud *Rufinum* ibid. p. 397. n. XXVII. etiam T. III. p. 246. in epigrammate ἀδεσπότῳ CCCCXLIX. ἀποψὲ apud *Apollon.* de syntaxi p. 299, 13. p. 330, 18. ἀπὸ πρωῒ apud *Athenae.* 12, p. 526. C. Act. 28, 23. ἐσάρτι apud *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1402, 18. ed. Rom. ἕως ἄρτι Matth. 11, 12. Ioh. 2, 10. etc. πρόπαλαι apud *Aelian.* V. H. 13, 14. vbi tamen *Perizonius* praefert πρότερον, in tribus codicibus MSS. repertum. Saltem ab omnibus fere grammaticis, vt *Phrynicho*

p. 14. *Herodiano* l. l. *Thoma Mag.* p. 322. *Phavorino* l. l. *Luciano* soloecist. c. 7. (Cf. *Salmas.* de hellenist. p. 104.) damnantur aduerbia temporis composita haec: ἀπόπαλαι, ἔκπαλαι, ἀπότοτε, ἔκτοτε, de quibus adeo mihi agendum est paulo accuratius. Scilicet quanquam per se videtur nulla esse idonea, cur illa reiiciamus, ratio, tamen haec causa omnis pendet atque iudicari debet ex vsu loquendi, qui sane grammaticorum partes videtur defendere. Nam nec editores et interpretes illorum grammaticorum, nec alii viri docti in *Trilleri* ad *Thomam* notis laudati, quibus addi possunt *Graeuius* ad *Lucian.* l. l. *Gronouius* ad *Arrian.* expedit. Alexandri M. 1, 27. p. 54. et *Kypkius* Obss. in N. Test. T. II. p. 441. vllum ex antiquo aliquo et probo scriptore locum afferre potuerunt, immo non nisi *Arrianum*, *Plutarchum*, *Apollonium Alexandrinum* siue *Dyscolum*, *Iosephum*, *Apollodorum* laudarunt, qui quam parui momenti esse debeant in diiudicanda vocabuli alicuius probitate, quis non intelligit? Ego quoque ἔκπαλαι v. c. obseruaui apud *Apollon. Dyscol.* de syntaxi p. 23, 7. p. 86, 29. vbi cum πάλαι permutatur, p. 205, 14. p. 251, 2. *Theophylactum*, Bulgariae archiepiscopum, epist. 71. T. VIII. opp. *Meursii* p. 925. *Schol. Nicandr.* ad theriac. p. 20. extr. *Schol. Eurip.* Orest. 511. 2 Petr. 2, 3. et 3, 5. ἀπὸ τότε praeter versionem Alexandrinam Eccles. 8, 12. inueni apud *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 517. et Matth. 4, 17. ἔκτοτε habent *Socrates Rhodius* apud *Athenae.* 4, p. 148. D. *Chares Mitylenaeus* apud eund. 12, p. 538. F. *Phanodemus* apud eund. 10, p. 437. D. *Aristoteles* hist. animm. 3, 12. extr. *Clemens Alexandr.* stromm. 6, p. 665. A. p. 698. A. *Plutarch.* in Caesare c. 48. *Aesop.* fab. 145. Geoponicorum auctores 11, 2, 3. *Eustath.* ad Il. α, p. 43. *Tzetzes* ad *Lycophr.* 24.

49. 663. *Schol. Nicandr.* ad ther. p. 18. *Schol. Theocrit.* 3, 48. Causam, cur ἔκτοτε inprimis improbandum sit, afferre tentat *Pauw.* ad *Phrynich.* l. l. Fortassis etiam viri harum rerum gnari huc referendum putauerint ἐξότε, pro ἐξ οὗ positum, ex *Apollon. Rhod.* 2, 634. 3, 67. 4, 867. qui etiam habet ἔκτοθεν ἐξότε 4, 521. Certe in nullo idoneo scriptore me legere memini ἐξότε. Sed vsi eo sunt *Callimachus* h. in Apoll. 48. *Palladas Alexandrinus* in *Brunckii* analectt. T. II. p. 413. n. XXX. *Agathias* ibid. T. III. p. 37. n. IX. et p. 63. n. LXXVIII. *Paulus Silentiarius* ibid. p. 75. n. XIII. et p. 77. n. XIX. XX. Anonymi poëtae ibid. p. 26. n. XXXIX. et XL. *Schol. Eurip.* Cod. August. ad Phoenn. 1528.

INDEX RERVM.

P

INDEX
VERBORVM GRAECORVM.

In quo indice non tantum ea, quae in indice thesauri Stephaniani non reperissem, asterisco praefixo insigniui, sed etiam siglis distinxi vocabula, ita vt *M.* significet Macedonica, *Aeg.* Aegyptiaca, quae non origine Graeca essent, *Gr. Aeg.* Graeca quidem, sed ab Aegyptiis vario modo mutata, *Al.* vere Alexandrinis vsitata, *pr. Al.* probabiliter Alexandrina siue Macedonica et *Menandro* propria, vtque adeo lector statim ex hoc indice, quo quodlibet sit referendum, cognoscere et iudicare facile possit.

ERRORES

typothetarum praecipui sunt hi:

p. 11. not. 11. lin. 5. legendum est ἀνεύρετα
- 13. - 17. leg. Αἰοληΐδι
- 39. lin. 29. - ἐπιδεικνὺς
- - - 31. - Vol. III. opp. p.
- 51. - 26. - χρῶνται
- 52. - penult. post *sq.* ponenda est nota)
- 61. - 19. leg. ἐξέπισαν
- 62. not. 32. lin. 3. leg. 26.
- 80. lin. 7. leg. *Strabonis*
- 94. - 8. - apud
- 114. - 1. - Graeci
- 202. - 24. - χωροβατεῖν

Sumptibus I. A. G. Weigelii prodierunt

Graecae Linguae Dialecti recognitae, opera Mich. Maittaire. Post I. F. Reitzium, qui praef. et excerpta ex Apoll. Dysc. Gramm. addid. totum opus rec. emend. aux. F. G. Sturzius. Lips. 1807. . . . . 3 Rthlr. 8 gr.

Charta melior . . . . 4 — 8 -

Charta scriptoria . . . . 5 — —

Charta augusta . . . . 6 — —

Apparatus literarius s. Index librorum lectiss. quos suo sibi aere coemt. emturientib. off. I. A. G. Weigel. Tom. I. II. C. pretiis et indd. . . . . 1 Rthlr. —

Charta melior . . . . 2 — —

Praef.

Judicium breve de ceteris ipsius (Sturzii) hoc in genere antecessoribus.

Uberius de Croji libro. Disputatio de nominibus σοφοι σοφιστη et ἐξηγητη non Alexandrinis primum eam, quam Crojus statuit, potestatem habentibus.

De institutis et libelli finibus.

In d. Leo. der Comment. von M. Geor. Planck de vera natura atque indole orationis Graecae N. T. 1810. 64. S. 4. (10 gr. –) Götting b. Röwer (Jen. Litz. No: 218. Novemb. 1812.) folgt das Urtheil des oben genannten Verfassers üb. d. Plan dieser Planckischen Schrift, mit einer Moderation des Recensenten.

Der Verf. meint, daß sich Planck d. rechten Gesichtspunct dadurch verrückt habe, daß er die Besonderheiten der nach Alexanders Zeit herrschend gewordenen griechischen Sprache zu ein bes. Alexandrinischen Dialect habe stempeln wollen, da doch d. Character u. d. Umfang dieser späteren Sprache in so enge Gränzen sich nicht einzwängen ließen.

So gewiß nun, fährt d. Rec. fort, auch im Ganzen dieser Vorwurf ist, weil sich in der von d. Alexandrinischen Schriftstellern, nahmentl. d. LXX., gebrauchten Sprache eine Vermischung der früheren Dialecte u. die hervorstechenden Characterzüge der auch außerhalb Aegypten geschriebenen späteren griechischen Sprache in d. vielfältigsten Spuren zeigen lassen; so möchte doch die gründl. Planckischen Untersuchungen in s. treffl. Schr. de Dial. Mac. et Alex. in Beziehung auf d. Sprache des N. T. betrachtet, weniger nachtheilig erscheinen u. eine feinere Anwendung gestatten. Denn Alexandrien, dieser berühmte Sitz der späteren gr. Litteratur stand mit Jerusalem in sehr enger Verbindung, so wie überh. zwischen Aegypten u. Palästina seit d. ältesten Zeiten ein vielfach verschlungenes Verhältniß Statt gefunden. D. griech. Sprache, welche in Alexandrien geredet ward, mußte daher sehr bald mit ihren Eigenthümlichkeiten in d. benachbarte Jüd. Land einwandern, welches sich auch durch eine Vergleichung der in Palästina verfertigten Schriften z. B. mehrerer Apokryph des A. u. N. T., des Josephus, einzelner apostol. Väter, des Justinus u. A., mit d. griech. Übers. des A. T. einzeln hierher gehörenden Apokryphen des A. T., Philo, Clemens v. Alex. Origenes u. s. w. [illegible] Beweise in nicht geringer Zahl gewinnen lassen. Da nun d. neutestamentl. Hellenismus nach s. charakteristischen Eigenschaft durch ein gründl. Studium Alexandrinischer u. benachbarter Schriftsteller vorzügl. erklärt werden kann, so muß d. bibl. Exeget[?] H. Planck ein willkommener Führer seyn etc.